spensionis aliisq3 censuris ⁊ pēis
quibus ut prefertur ipsu3 actorē
simonie esse uolumus innodatū.
quos dictos non reuelans ut pre
dicitur. seu tegens simoniā. tāq̄
eiusdem fautor sceleris. incurrat
ipso facto. cuius absolutionē nob
⁊ successoribus nostris specialiter
reseruamus. decernentes ex nunc
irritum ⁊ īane si secus super his
a quocūq3 quauis auctoritate sci
enter uel ignoranter cōtigerit at
temptari. Martinus Quītus
in Extrauagante. ⁊ cetera.

Exco° q̄ recipientes aliquid
pro ingressu religionis. 69

Uniuersis ⁊ singulis abbati
bus ⁊ prioribus. ac decanis
prepositis ⁊ magistris. necnō ab
batissis. Priorissis. ⁊ aliis prelatis
quouis nomīe nuncupentur. ⁊ eo
rum officialibus inhibemus. ut
a personis tam maribus q̄ muli
eribus religionē ingredi uolētib9
eorum ecclesias monasteria prio
ratus domos seu loca in earūdē
personarum receptionem. aut an
uel post. nulla quecunq3 pastus
prādia siue cenas pecūias iocalia

aut res alias. etiam ad ecclesiasti
cū quēuis usum pium deputata
seu deputanda. de cetero directe
uel īdirecte petere aut exigere q°
uismodo presumāt. sed eas poti9
cum omnimoda caritate recipiāt.
ac ī uictu ⁊ uestitu. sicut alias p
sonas ecclesiaru3 suarū monaste
riorum prioratuu3 domorū alio
rumq3 locorū sincera caritate p
tractent. illam dūtaxat que ipse
persone ingrediētes pure ac spōte
⁊ plena libertate omniq3 pactōne
cessante dare uel offerre ecclesiis
prioratibus monasteriorū domi
bus ⁊ locis huiusmodi uoluerint
cum gratiarū actione licite repu
tari. Nos. n. eos qui secus ege
rint si singulares persone sint. tā
dantes q̄ recipientes huiusmodi.
excōicationis uinculo innodam9.
Si uero capitla seu cōuentus fue
rīt. suspensionis sniīs eo facto de
cernim9 subiacere. A qb9 preter
q̄ in mortis articulo absolui ne
queant absq3 sedis apostolice licē
tia speciali. Urbanus quintus in
extrauaganti. que incipit. Sane
seu in uinea. Audiui a fidedig
nis q̄ martinus iste quint9 hūit
dr̄e. q̄ nolebat q̄ īcurrerent mo
niales pro hmōi data que fiunt
pro ingressu monasteriorum. cen
suram aliquam ecclesiasticam. ⁊
precipue excōicationis.

Exco° q̄ impugnantes
litteras electi ī papam. 70

Qvicunq; impugnat litteras electi in papam, aut etiā antequā coronetur. cum per ipsa; electionem canonice factam sibi ius sit acquisitum papatus. et ex ipa electione canonica confirmatū. ⁊ exercere possit officiū suum ante coronationē. ut. xxiii. d. In nōie domini. talis ipso facto est excōmunicatus. ut in extrauaganti benedicti. xi. que incipit. Nō qa nonnulli.

Excoᵒ ꝗ glosantes clementinaz illam. Exiui de paradiso.

Glosantes seu exponentes in scolis aliter quā littera dicat clementinam illam. Exiui de paradiso. ubi exponitur regula btī francisci sunt excōicati per quandam extrauagantē Nicolai. Un̄ clementina sola reperitur inglosata. sed illa extrauagās fuit suspēsa quo ad illam excōicationē per aliam extrauagantez. Jo. xxii. cuius exemplar uidi. ⁊ hoc etiam dicit fran. de zamb9.

Excoᵒ ꝗ intrantes monasteria soroꝝ ordinis predicatoꝝ et minoꝝ.

Intrantes monasteria monialium ordinis predicatorum siue seculares siue ecclesiā [illegible] ī casu nō concesso a constitutionibus earu; ut sine licentia mg̅ri ordinis, aut alteri9 ab ipso mg̅ro habētis super hoc potestatem. sunt ipso facto excōicati. a qua non possunt absolui p̄terquā in articulo mortis. nisi a papa uel a magistro ordinis. uel ab alio habente super hoc auctoritatem specialem ab aliquo predictorum. Et ista sn̄ia est lata per papam in bulla ordinis quā uidi. Intrantes mōasteria sancte clare seu monialium ordinis minoru; in casibus non concessis in regl'a ipsarum. uel sine licentia eorū q dare possunt. sunt ipō facto excōmūicati. ⁊ pape absolutio reseruatur. siue generali ipsi9 ordinis. Nota tamē ꝙ in locis ubi tales sententie nūquā uel quasi nūquā sunt promulgate. ⁊ si quis intraret talia monasteria nesciens tle; sn̄iam. ⁊ non causa maleficiandi puto ꝙ non incideret in sn̄iam. cum ignorantia quasi inuincibili laboret. Et hoc potest trahi ex dictis antho. de bu. [illegible] dictis tho. Sed si ītrat laicus. uel alia persona ad maleficiandum tūc quāuis ignoraret sententia;. ⁊ etiā haberet iustā cām ignorantie non excusatur secūdū Petrum de Palude.

Excommunicatio contra edētes uł publicantes libellos famosos cantī uł rithimi. in detractationez ordinum fratruz predicatoꝝ et minoꝝ.

+ [illegible marginal note]

Quicunqȝ libellos famosos ĩ
uulgari. uel litterali sermõe.
necnõ cãtiléas. uł rithimos edere
uł dictĩere aut publicare p̃sumũt
ĩ infamiã ⁊ detractionem status
ordinis fratrum predicatorum et
minorũ sunt excõicati. a qua ex-
cõmunicatione non possunt ab-
solui nisi personaliter sedi ap̃lice
se presentent. Alexander in priui-
legio ex alto. ⁊ ĩ alio ñ sine mł̃ta

Exco° q̃ dicentes uł defen-
dentes q̃ fratres p̃dicatores
et minores non sunt ĩ statu
perfectionis. 74

Quicunqȝ predicare docere
uel defensare presumunt q̃
predicatores uel minores nõ sunt
in statu perfectiõis. ⁊ q̃ ñ liceat
eis de elemosinis uiuere. ⁊ q̃ nõ
liceat eis predicare. ⁊ confessioné
audire de licentia summi pontifi-
cis. aliorũ prelatorũ inferiorum
⁊ rectorum ecclesiarum aut sacer-
dotum parrochialium consensu
minime requisito. sunt excõicati
a qua sñia no possunt absolui ni-
si personaliter sedi apostolice se
presentent. Alexander [illegible] alio.
non sine multa.

Exco° q̃ inferentes uiolen-
tiam locis fratrũ predica-
torum. 74

Quicunqȝ presumunt in loca
nostra uiolentiam damnabi-
lem exercere. eo ipso excõicatõeȝ
incurrant. a qua sñia absolui ne-
queunt nisi per sedem apostolicã
uel per conseruatores nostro ordi-
nis deputatos. clemens in quibus-
dam locis. ⁊ in alĩ. Exco° q̃ re-
ligiosos detinẽtes apostatas
ordinis p̃dicatorũ. et q̃ magistros
et scolares parisienses. 76

Quicunqȝ in monasteriis uel
ecclĩis suis detinẽt apostatas
ordinis predicatorũ. nisi eos eie-
cerint postquam eis per fratres
nostros ne eos detineãt fuerit de-
nunciatum sunt excõicati. Boni-
facius in priuilegio uirtue. Item
frẽs minores qui p̃sumũt recipe
fratres ordĩs nostri ꝓfessos sine
licentia summi põtificis faciẽtis
expressam de indulto huius mẽ-
tiõem. uel nisi prius suorum pri-
orum licẽtia fuerit petita ⁊ obtẽ-
ta. sunt excõicati. Clemẽs. ad
mĩores. Quo nos. Idem de he-
remitãis. Alexãder ad heremi-
tas. Uestram. Item magistri
rectores artistaruȝ ⁊ scolares stu-
dii parisieñ. qui publice uel occł-
te fratres predicatores uel mĩo-
res a cõsortio uniuersitatis stu-
dii parisiẽsis excludere moliũt.
sunt ipso facto excõicati. a qua
excõicatiõe absolui nequeũt nisi
personaliter sedi apostolice se pre-
sentent. Alexander. ex alto.

Exco° q̄ mendicantes intrantes alios ordines. ex. ex. car. 77

Nullius religiosus de ordinibus mendicantium quorumcunq3. cuiuscunq3 status cōditionis uel religionis existat. quōcunq3 ⁊ qualitercunq3 possit uel debeat uirtute cuiuscunq3 licētie. ac indulti apostolici. seu penitentiarie pape curam gerentis. uel alia quauis auctoritate hactenus etiā per bullas apostolicas facultatū quorūuis. tam legatorum ⁊ nunciorum sedis prefate. necnō ⁊ penitētiarie huiusmodi pro tempe curam gerentis. q̄ aliorū quorūcunq3 sub quauis potestate aut auctoritate maxime de transferēdis fratribus aut aliquibus presertim ordinum mendicantiū pfessoribus in genere uel in specie ab ordinibus huiusmodi mendicantium. ad monasticos ordīes. sub quacunq3 uerborū conceptione appareant. admitti ⁊ recipi. p aliquos etiam superiores ordinis seu monasterii. aut loci mōastici seu alias in monachū uel fratrez alic9 ex ordinib9 monasticis. taz sancti benedicti q̄ cistercien̄. camadulensis. uallis umbrose. canonicorum regularium. sancti augustini. uel aliis expressis uel nō expressis. ordine cartusien̄ dumtaxat excepto. sub pena excōis

Plegatoz d'nūtioz sedis aplice. P

in quam tam recipiētes q̄ recepti ipso facto incurrāt. ⁊ a tali excōmunicatione nō possunt absolui citra sedez apostolicā preterq̄ in mortis articulo. Et nihilominus aliter facta non tenent. ⁊ nullius existunt efficacie uel momēti. Ex cōcilio cōstātiēsi sub martio. v°

Processus gn̄alis qui fit in curia omni anno contra multas personas. 78

Martinus episcop9 seruus seruorum dei. ad perpetuaz rei memoriaz. Excōicamus ⁊ anathematizamus ex parte dei omnipotentis: patris. et filii. et spiritus sancti. auctoritate quoq3 beatorū Petri ⁊ pauli apostolorū eius. ac nostra. omnes hereticos. gazaros. patarenos. pauperes de lugdun̄o Arnaldistas. Speronistas. Passagīos. Vicleffistas. Usistas. Fraticellos. ⁊ quoslibet alios hereticos. quocunq3 nomīe censeantur. ac omnes fautores. receptatores ⁊ defensores eorundem ¶ Item excōicamus ⁊ anathematizam9 omnes qui ī terris suis noua pedagia imponūt. Item excōicamus ⁊ anathematizamus omnes falsarios bulle seu litterarū apostolicarum. ⁊ suplicationem gratiam ⁊ iusticiam continentium. per summum pontificē. uel uicecancellarium. seu gerentes uicem uel officiū uicecācellarii sancte

Romane ecclesie de mandato ei
usdem summi pontificis. aut ge
rentis officium predictorum sig
nantis supplicationes easdem.
Item excõicamus et anathemati
zam9 piratas et illos qui equos
arma. ferrum. lignamina. et alia
prohibita deferunt sarracenis. q
bus cristianos impugnant. Itẽ
excõicamus et anathematizamus
impedientes seu ĩuadentes uictu
alia seu alia ad usum romane cu
rie necessaria adducentes. uel ne
ad curiam ipsam deducantur. uel
deferantur impediẽtes seu ptur
bantes. Et qui talia faciunt uel de
fendunt cuiuscunq3 fuerint ordi
nis. preeminentie. conditionis. et
status. etiam si pontificali regali
aut quauis alia ecclesiastica. uel
mundana fulgeat dignitate.
Item excõicamus et anathemati
zamus omnes illos qui ad sedez
apostolicã uenientes et recedẽtes
ab eadem. necnõ illos qui iurisdi
ctionem ordinariam uel delegatã
aliquam nõ habentes in eadẽ cu
ria morantes temeritate propria
capiunt spoliant et detinent. aut
ex proposito deliberato uerbera
re mutilare uel interficere presu
munt. et qui talia fieri faciũt seu
mandant. Item excõicamus et
anathematizam9 omnes et singu
los cuiuscunq3 status. gradus. p̃
eminẽtie. aut conditionis existãt.
etiam si pontificali regali regĩali
aut quauis alia ecclesiastica. uel
mundana prefulgeant dignitate.

contra formã et effectũ snĩe gene
ralis constañ concilii. per quam
dampnate memorie petrus de lũa
qui oliz benedictus tertius. a nõ
nullis in eius obedientia dicebatr̃
iudicat9 scismaticus et hereticus.
et ab ecclesia dei precis9. omniq3
iure quod in papatu habere pre
tendebat. omniq3 dignitate et ho
nore ecclesiastico priuatus fuit.
Ac post et contra inhibitionem
eiusdem cõcilii et huiusmodi sen
tentiã ac dicti petri obitum in in
delitate et errore ipsius petri nũc
persistendo. aut alias quomõlibz
credentes aut fauẽtes publice uel
occulte ac etiam scismaticis et di
uturnum in eodẽ concilio et aput
uniuersalez ecclesiam. et p̱ zatiba
bitione generalis snĩe seu consilii
dictis. et continuationẽ processuũ
desuper habitorũ sublatis et ex
tinctis continuare conãtes. necnõ
omnes et singulos in uicium eius
dem petri succedentes eorumque
receptatores et fautores cuiuscun
q3 status nobilitatis excellentie.
uel conditionis existant. etiam si
põtificali regali reginali aut qua
uis alia ecclesiastica uel singli sint
prediti dignitate. ac consentiẽtes
et prestantes eisdem in premisso
errore quomodocunq3 et qualiter
cunq3 auxilium consilium uel fa
uorem. Eos etiam qui scienter p
omnia terras et loca eoruz dictõr
subiecta prefat. scismat. et preci
pue in castro panistole et Cursiz
diocesz existentibus. Illos etiã q

ipsis iodesiistis ⁊ usistis quecūqꝫ
uictualia ac presidia. publice uel
occulte per se uel per suos subdi
tos afferri faciant uel permittāt
paribus excōicationis ⁊ anathēa
tis uinculis innodamus. ipsosque
omnes ⁊ singulos declaramus cō
tinuatores uel fautores scismatis
⁊ heresis. atqꝫ omni beneficio di
gnitate et honore ecclesiastico ac
mundano denunciamus fuisse et
esse priuatos. Itē excōicamus
⁊ anathematizamus omnes illos
qui per se uel per alium seu alias
quascunqꝫ personas ecclesiasticas
uel seculares ad romanā curiam
super earuꝫ causis et negociis re
currentes. illaqꝫ in eadem curia
prosequentes. aut procuratores.
negociorum gestores. aduocatos.
uel promotores ipsorum. uel etiā
auditores. seu iudices sup dictis
causis seu negociis deputatos,
occasione causaruꝫ seu negociorū
huiusmodi uerberant, mutilant.
uel occidunt. aut bonis spoliant.
cuiuscunqꝫ preeminentie, dignita
tis, ordinis, conditionis, aut statꝰ
fuerint, etiam si pontificali rega
li reginali. uel quauis alia preful
geant dignitate. Item excōica
mus ⁊ anathematizamus omnes
Mutilantes. uulnerantes et inter
ficientes. seu capientes. ⁊ detinen
tes. seu depredantes romipetas.
⁊ peregrinos ad hierusaleꝫ causa
peregrinationis ⁊ deuotionis ac
cedentes. ⁊ in ea morātes ⁊ rece
dentes ab ipsa. ⁊ in his dantes

consilium auxilium et fauorem
eorumqꝫ bona confiscamus.
Item excōicamus ⁊ anathemati
zamus omnes illos qui per se uł
per alium seu alios, directe uel ī
directe sub quocūqꝫ titulo uł co
lore occupant, detinent. uel hosti
liter discurrunt, seu inuadunt.
aut occupare, detinere, uel discur
rere hostiliter presumunt in totū
uel in partem. almam urbem.
regna sicilie, trinachie, insulas sar
dinie cursiee, terras citra farum.
patrimonii beati petri in Tusciā.
ducatum spoletanū, cōitatum ue
naissini. Sabīn. marchie anchōe
Masse. Trebarie. Romādiole, cā
panie. atqꝫ maritime prouīcias ac
terras specialis commissionis et
arnulforū, ciuitates quoqꝫ nr̄as.
Bononiensem. Ferrarienseꝫ. Be
neuentanā. Perusinam. Auinionē.
ciuitatem. Castelli. Turdertinē ⁊
alias ciuitates terras uel loca uł
iura ad ipsam ecclesiam spectan
tia et pertinētia. Et adherentes.
⁊ fautores eorum. seu in his dan
tes eisdem auxilium, consilium.
uel fauorem. Non obstātibꝰ qui
buscunqꝫ priuilegiis et indulgen
tiis. ac litteris apostolicis gene
ralibus uel specialibus, eis uel
eorum alteri alicui, uel aliquibꝰ.
cuiuscunqꝫ ordinis, conditiōis, di
gnitatis. et preeminētie fuerint.
etiam sicut premittitur, pontifica
li reginali seu quauis alia ecclesi
astica uel mundana prefulgeant
dignitate. a p̄dicta sede sub quis

forma ul' tenore concessa. qp ex-
cõicari anathematizari non pñt
per litteras apostolicas non faciẽ-
tes plenam ⁊ expressaʒ de uerbo
ad uerbum de indulto huiusmõi.
ac ordinibus locis nominibus ꝓ-
priis cognominibus ⁊ dignitati-
bus eorundem mentionẽʒ. Necnõ
consuetudinib9. ⁊ obseruantiis.
scriptis ⁊ non scriptis. ac aliis
contrariis quibuscunqʒ. per que
contra huiusmõi nostros proces-
sus ac sñias quo minus includã-
tar in eis se [illegible] ualeant et
tueri. et que quo ad hoc prorsus
tollimus et omnĩo reuocamus.
de quibus quideʒ sentẽtiis null9
per alium q̃p per romanum pon-
tificem. nisi dumtaxat in mortis
articulo constitutus absolui pos-
sit. nec etiam tunc nisi de stando
sancte matris ecclesie mandatis.
satisfactione uel sufficiẽti cautõe
prestita. Illos autem cuiuscũ-
qʒ fuerint preeminentie dignita-
tis ordinis conditionis aut stat9.
etiam si pontificali. uel alia qua-
uis dignitate prediti qui contra
tenorem presentium talibus. uel
eorum alicui seu aliquibus abso-
lutionis beneficium impendere
de facto presumpserint excõica-
tionis et anathematis sententia
innodamus. eisqʒ predicationis.
lectionis administrationis sacra-
mentorum audiendi confessiones
officia interdicimus predicentes
aperte transgressoribus ⁊ contẽp-
toribus supradictis nos grauius

contra eos spiritualiter aut tem-
poraliter prout expedire cogno-
uerimus processuros. Ut autem
huiusmodi noster processus ad
cõmunem omniuʒ noticiã dedu-
catur. cartas siue mẽbranas pro-
cessus continentes eosdem basi-
lice sancti petri de urbe. necnon
sacri palacii apostolici. ubi in p̄-
sentiarum moram trahimus.
Ualuis seu hostiis ac liminari-
bus faciemus affigi seu appendi.
que processus ipsos suo quasi so-
noro preconio ⁊ patulo iudicio
publicabunt. ut hi qui process9
huiusmõi contingãt qp ad ipsos
non peruenerint. ac ipsos igno-
rauerint nullã possint excusatõʒ
pretendere. uel ignorãtiam alle-
gare. cum nõ sit uerisimile quo
ad ipsos remanere incognitum
quod tam patenter publicatur.
Nulli ergo omnĩo hominum li-
ceat hãc paginã nostre excõica-
tionis anathematis declaratõis
cassationis irritatõis ãnullatois
euacuationis interdicti ⁊ consti-
tutionis infringere. uel ei ausu
temerario cõtraire. Siquis aũt
hoc attemptare presumpserit in-
dignationem omnipotentis dei
⁊ beatoruʒ petri ⁊ pauli ap̄lorũ
eius. se nouerit incursurum.
Datum Rome et cetera.
Quia in isto ⁊ aliis precedẽti-
bus capitulis fit mentio de dig-
nitate uel personatu uel officio.
Ideo ad declarationem horum
uocabulorum prout sumuntur a

canōistis. Nota ꝙ dicit archi-
diaconus. super. vi. de consuet.
consuetudinem. sic. Dignitas
ecclesiastica cognoscitur pluribꝯ
modis. Primus est cum quis
habet administrationē rerum ec-
clesie cū iurisdictione. d. lxxxix.
Volumus. ⁊ c. diaconuz. Se-
cundus modus est quando hēt
nomen dignitatis ⁊ prelationez
siue prerogatiuam ī ecclesia sua
tam in choro ꝙ̄ in capitulo. sꝫ
non habet administrationem re-
rum uel iurisdictionem. sicut in
archidiaconatu parmensi. Ter-
tius modus est. quando ex con-
suetudine ecclesie habetur aliqs
in dignitate. quia si consuetudo
in ecclesia est. pro dignitate de-
bet haberi. d. xii. consuetudo.
Personatus uero cognoscitur.
quando quis habet p̄rogatiuam
in choro. in capitulo. in operatō-
nibus. in processionibus. in uoci-
bus dandis. ⁊ consimilibus.
plusꝙ̄ alii canonici sui ordinis.
⁊ nō tantū quantū illi qui sunt
in dignitatibus constituti. qui ī
predictis prerogatiuis preferunt̄
eisdem. possunt hec colligi ex p̄-
dictis decretis. de elec. dudum.
⁊ de preben. de multa. Offi-
cium autem aliqñ ponitur pro
dignitate ⁊ personatu. sicut pa-
tet ex eo quod habetur de prebē.
ad hec. Item illi qui habent po-
testatem secularem dicūtur ha-
bere officium. Item is cui est
ɔmissa dispēsatō. Itē tabelliōatꝯ.

Item ministerium ⁊ obsequiuz.
Item actus corrigentis. ⁊ aliis
multis modis. Cognoscitur ēt
officiū quando quis habet onꝯ
annexum sine honore ⁊ preroga-
tiua honoris. sicut sindici. pro-
curatores. castaldi. de his habe-
tur. i. q. iii. saluator. Item uice-
dominus qui habet disponere
episcopum. dicitur habere offi-
cium. Si autem habet iurisdic-
tionem cum administratione.
satis potest dici ꝙ sit dignitas.
ut camerariꝯ pape. Tertio co-
gnoscitur officium. per cōsuetu-
dinem ecclesie. sicut dictum est
de dignitate. ut quando illi de
ecclesia habent illud de consue-
tudine. pro officio simplici. ⁊ nō
pro dignitate uel personatu. di-
co tamē ꝙ quicunqꝫ habet dig-
nitatem habet personatum. sed
non conuertitur. Persona uero
dicitur curatus alicuius ecclesie
parrochialis. ⁊ tales non sunt ī
dignitate aliqua. i. q. iii. q̄situz.
secus autem in archipresbiteris.
prepositis. decanis. parrochialiū
ecclesiarum. de quibus habetur
l. d. in capite. Nam illos dico
in dignitate constitutos. Et
istud nomen persona est secūdū
uulgare anglie. In prouincia
dicuntur priores. In terra labo-
ris Abbates. hoc archidi. quia
nimis ɋsi bonum sit. Petrus
de ancha super cle. et dig. de
preben. sic dicit. Quid sit dig-
nitas. dicit Wil. ꝙ est quedam



preeminentia quo ad forum contentiosum. in ecclesia gradum tenens. que quandoq; personatus ab honorificentia in qua ponit personam. quãdoq; officiuz ab ipso officio quod exercet denõinatur. s. de cõstitu. cuz accessissent. quñq; assumit sua propria et specialia nomĩa. sicut hoc nom custodia. succentoria. decanatus. et prepositura et huiusmodi. A nomĩe autem non debemus iudicare. sed ex effectu qui colligitur ex actibus. et exercitio in quibus uersatur. et ex talibus iudicatur utrum sit dignitas. necne. extra de uerb. sig. intelligentia. cum ibi notatis. Et sufficit ad hoc quod sit cẽsenda dignitas etiã si in modicis causis iurisdictioz habeat. sicut habent ĩ pictauiẽsi ecclesia archipresbiteri. Nam excõicant suspendunt et soluunt. Et sic propter talem graduz. dicũt habere dignitatem. Et sic sunt exclusi a pena. ca. licet canon. de elec. c. statutuz. li. vi. Si aũt nullam iurisdictionẽ habẽt. sed tantum uisitant. et postea ipsi referunt epõ sicut testes sinodales. de quib9. xxxv. q. vi. epũs. tunc censetur habere simplex officium et non dignitatem. fm Uil. et Laud. ¶ Itẽ nota quod his diebus a quibusdã fuit diuulgata quedam extrauagãs que dicitur facta a ioanne. xxii. in qua lata erat sñia excõicatiõis cõtra mulieres faciẽtes sibi tricias de capillis capiti suo non affixis. sz appositis cuius absolutio pape reseruatur. Sed quesita in registro reperiri non potuit. sed et si reperta fuisset. puto ipsam nõ ligasse. quia habuerunt iustam causam ignorantie persone. cuz notificata non esset generationi huic. Jam enim transierunt centum anni uel circa a tempore ioannis. xxii. predicti. nec huiu positiua docere potest ratio naturalis. Sed et Eugenius q̃rtus qui nunc est. Uoluit et declarauit. non tenere seu ligare sñiam illam. et bene. quia hoc esset laqueum inĩcere. nõ prouidere saluti animaruz. quod in periculũ prelatorum uerteretur. fm. b. Tho. et ad hoc. xxvii. q. i. uiduas. ¶ De causa materiali excõis maioris.

Quia de singulis excõicatõ q̃bus que habẽtur in iure, huiusq; tractatum est satis prolixe respectu operis. Et ideo residuum huius materie. s. de excõicatione breuissime expediã. Et quia predicta pertinent ad causam quasi materialem excõmũicatiõis. ideo ad ipsaz quasi causam materialem pertinentia ponaz. et exinde de causa formali. et de efficienti. et finali. et cum his de quibusdam ad predicta sequẽtibus. ¶ Nota quod excõica° maior ferri non debet ab hõine

nisi ꝓ peccato mortali. ſm tho.
⁊ pe. in quarto. d. xviii. Et
quia in dammificando aliquem
etiam tēporaliter. siue ī rebus
temporalibus aliquis mortaliter
peccat. ideo pro damno tempora
li ecclesia potest excōicare. Sed
quia excōicatio ē grauissima pe
narum: ideo non debet infligi
etiam pro mortali nisi cū fuerit
contumax. tho. hec autē contu
macia ſm rai. triplex inuenitur
Prima in non ueniendo ad iudi
cium. postq̄ fuerit uocatus uel
āmonitus per iudicē. tribus edi
ctis. uel uno pro omnibus. quia
contemnit. uel ueniendo sed ma
liciose se occultando. uel impedi
endo ne possit ad eum citatio
peruenire. extra. ut lite nō cōte
stata. qm̄. Secunda est q̄ndo
citatus ad iudicium uenit. sed
non uult stare iuri. uł ante fini
tam cause examīationē. contūa
citer ⁊ illicentiatus recedit. xi.
q. iii. certum. Tercia ē quando
offensa eius est māifesta. et ius
sus a iudice non uult emendare.
extra de uerb. signifi. ex parte.
Idem gof. Et nota ſm pe. de
palu. in quarto. d. xviii. q̄ cuz
excōicatio non sit īfligēda nisi
pro mortali. quia ille solus iudi
cio ecclesie est precidendus. qui
iudicio dei creditur precisus.
cum sñīa iuris non sit iniusta.
potest informare homo consciē
tiam suam q̄ ubi nō peccat mor
taliter. nunq̄ā incurrit sñīam

iuris. quia iniuria dicitur esse
quod nō iure fit. Io non debet
unde iura nascuntur inde nasci
iniurie occasio. C. Unde in l.
meminerint. Unde cum sit iniu
riosa excōicatio que fertur sine
mortali. nō est sñīa iuris ubi n̄
est mortale: Excōicari potest
quis pro inuasione uel retētōne
rerum ecclesiasticaruz. de resti.
spo. pisanis [illegible] Excō
mūicare potest prelatus pro īiu
ria sibi facta. xxiii. q. iiii. gilisa
rius. Excōicare potest ordina
rius ꝓ defensa iuris sui. de sen
excō. ex dilcō. li. vi. Excōicari
qs potest propter negligentiaz
de consecra. d. i. nemo. io. de
lig. Excōicari potest dominꝰ
propter contumaciam serui uel
procuratoris. ut lite non cōtes.
ca. i°. ⁊ de dolo ⁊ contumacia.
ca°. ii°. et cum modificatione
ibi notata. io. de lig. Excōica
tio facta in genere ualet causa
expressa. Et propter contumaciaz
cā. excōicantur singuli culpabi
les de capitło. de sen. ex. roma
na. li. vi. Excōicationis sñīa
tribus modis dicitur iniusta.
scilicet Ex causa. Ex animo Et ex
ordine. Ex causa quidem. uel q2
nulla pretenditur sñīa. uel si p̄
tenditur. uera non est. uel si ue
ra sit. non est sufficiens ⁊ ratio
nabilis. extra. eo. sacro. Se
cundo dicitur iniusta ex animo.
quando silicz ⁊ si causa exprima
tur uera ⁊ rationabilis. nō tn̄

ex zelo iuſticie. ſed indignatiõis.
inuidie. uel odii ab excõicatore
promulgatur. xi. q. iii. illa. ⁊
extra. de ſen. ex. cum medicina-
lis. li. vi. Ideo tutum conſi-
lium eſt. q̄ ſi quis offenditur.
non per ſe ſed per alium qui ca
ritatiue moueatur ſniam ꝓmul
get. uel ſi per ſe hoc facere uult.
adminus non faciat hoc dum
mouetur. ſed permittat motuꝫ
forte colericum aliquãtuluꝫ re
ſidere. Tertio ex ordĩe dicit̃
iniuſta. quando ⁊ ſi uera cauſa
⁊ rationabilis pretenditur. ⁊ pro
ferẽs caritatiue moueatur. atta
men non preceſſit ãmonicio cõ-
petens. uel non fuit facta coraꝫ
perſonis idoneis. extr. eo. ſacro
Ammonitioneꝫ competẽtem in-
telligas ad arbitrium iudicis.
ſiue trinam ſiue unaꝫ pro omni
bus maxime in notoriis. pe. et
Rai. Modus autẽ et forma
que debet ſeruari hodie in infe-
rendo excõicationẽ. habes in ſe
quenti ca.º Quia autẽ proferens
ſniam excõis iniuſtam quocũqꝫ
predictorũ modorũ grauiter pec
cet ⁊ diuerſimode in iure punia
tur. tamen talis ſnĩa tenet ⁊ li-
gat quantũ ad eccleſiam militã
tem. niſi ſit lata a iudice. qui nõ
habeat ſuper illo canonicam iu-
riſdictionẽ. uel alia de cauſa ẽet
nulla. ſm Rai. Unde quando
nulla ſit talis ſnĩa uide ĩ ſeq̃nti ſtati
pagrpho. Excõicationis ſnĩa
ipſo iure nulla ẽ ĩ caſibus nouẽ.

Primus eſt ſi ille qui tulit eam
nõ hhebat ſuper hoc poteſtatẽ.
ut q̃nia non erat eius iudex. xi.
q. iii. ſnĩa. uel erat excõicatus.
⁊ huiuſmodi. ut xxiiii. q. iii.
Audiuimus. Similiter etiam
ſm Rai. intruſus ⁊ ſuſpenſus.
⁊ a iuriſdictione alienus excõi-
care nõ poteſt. xii. q. ii. Alie
nationes. Si tñ crim̃ talĩ ẽet oc
cultũ tolleranda eſſet eoruꝫ ſnĩa
licet nulla. q̄diu crimen eorum
eſt occultum. ⁊ illi ab eccleſia
tollerantur. ar. viii. q. iiii. nõne.
Dicitur autem intruſus qui nõ
fuit electus a maiori parte eligẽ
tium. De ſuſpenſo autem dicit
beatus Thomas. in quarto. ẽe
uerum quando fuit ſuſpenſus a
iuriſdictione uel ab ordine et iu
riſdictione. Secus ſi ab ordine
tantum. Secundus eſt quando
eſt lata ſnĩa poſt appellationeꝫ
legittimam. Similiter etiam ſi
prelatus dicat. excõico te ſi ap
pellas uel preparaueris ad appel
landum. talis ſnĩa non tenet cũ
quilibet oppreſſus appellare poſ
ſit. ſm hoſti. Si autem dicat
iudex. excõico te ſi habes res
furtiuas. tenet excõicatio ſi hẽs
res illas nec ſuſpenditur per ap
pellationem. Si tamen occultũ
eſt furtũ eccleſia te non uitabit.
quia non iudicat de occultis.
xxxiq. v. erubeſcant. Tertius
eſt quando continet intollerabi-
lem errorem. extra eo. per tuas.
Et in hoc ⁊ in precedenti caſu ille

qui eos proponit. etiam si non petat absolutionem, debet audiri. ut in dicto. c. per tuas. Sed si ad cautelam petat absolutionem. non debet denegari. quamuis aduersarius uel excoicator se oppoat. nisi diceret eum excoicatum pro manifesta offensa. quia tunc dabitur. sic dicenti terminus octo dierum. et si probauerit. no absoluetur. nisi prestet emendam uel det cautione de parendo iuri. Si offensa dubia proponat. sed tamen pendente probatione prima scilz illius qui sic fuerit excoicatus debet euitari in illis omnibus que ut auctor in iudiciis attemptauerit. extra iudicium uero in officiis postulationibus electionibus et aliis legitimis actibus debet admitti ex. eo. li. vi. Nisi appellatione super hoc non fuerit prosecutus ut debuit infra tempus statutum a iure. uel a iudice. et ipse fuerit excoicatus nominatim et expresse lapso dicto tempore debet denunciari et tam in iudicialibus quam extraiudicialibus actibus. donec de ipsius sententie docuerit nullitate. ex. eo. licet. li. vio. Quartus casus est quando aliquis excoicaret illos qui excoicatis participarent non in crimine. sed in locutione et aliis casibus quibus incurritur minor excoicatio. Nam talis sententia no ualet nisi premissa trina admonitione uel una pro tribus. Uel nisi exprimantur

nominatim ipsi admonendi. ex. eo. statutum. et c. constitutionem. li. vio. Quintus casus est quando prelati interdicerent suis subditis ne exponant suis superioribus aut legatis aut inquisitoribus statum ecclesiarum suarum siue monasteriorum suorum. et de hoc ferrent sententiam excoicationis ex. de offi. or. quia plerique. li. vi. Et nota quod quantum ad tertium casum intollerabilis error est secundum Rai. cum sic dicit iudex. excoico te quia credis in deum. uel quia non fornicaris. uel quia obedis prelatis tuis et huiusmodi xi. q. iii. si is qui preest. Idem pe. gof. hosti. in summa qui addunt etiam quod intollerabilis error dici pot quodlibet peccatum mortale. Item cum expresse contra ius pronunciatur. ut. ii. q. sexta. c. diffinitiua. Idem tamen hosti. in glo. super c. per tuas. dicit. quod sententia nihilominus teneat. quando pronunciatur cotra ius. nisi ille error in sententia exprimatur. uel nisi fuerit appellatione suspensa. Sed si error est in facto. ut cum dicit excoico te propter tale peccatum comissum. quod tenet sententia. guil. etiam dicit. quod si prelatus dicat. excoico te quia fecisti furtum. cum tamen no fecerit. tenet sententia. ut. xi. q. iii. c. primo. quia non est intollerabilis error expressus. Nam talis causa si falsa sit est tamen possibilis. Et quamuis quo ad deum non sit

ligatus. sed quo ad ecclesiaz pec
caret mortaliter si contemneret.
ex. eo. per tuas. ideo consulen
dum est tali secundum Raimundũ. ut
sustineat excõicationẽ patiẽter.
humiliter. et deuote. s. non inge
rendo se diuinis. aut cõiom fi-
delium offerens se ad canonicaz
satisfactionem si in aliquo offen
derit. et ĩstanter petat absolutõz
Idem Tho. innocen. et bar.
Item dicit pe. de perusio. quod si
superior precipit mihi aliquid ĩ
iustum non tamẽ mortale. puta.
quod dem sibi librum meum. non
teneor illi parere. si tamẽ ideo
excõicet me ligor. consulens tñ
mihi ut illius mandato iniusto
non paream non ligatur. quia
nõ participat in crimĩe. Jo. an.
extra. de sen. ex. presenti. li. vi.
super uerbo ad cautelam ponit
omnes predictos casus. et addit
istos quatuor. primo cum quis
excõicatur a delegato cõtra de
legantis intentionem. de preben.
ca. ultimo. Secundo si feratur
a uiolante interdictũ homĩs. s
de exces. prela. tanta. Tertio
ubicunqz prelatus subditũ suuz
excõicat. contra priuilegii sui te
norem. extra de priuileg. cum
capella. Quarto si feratur a
delegato impetrato ab excõica-
to in casu non permisso. s. de
offi. or. pleriqz. Isti tamẽ casus
additi uidentur posse comprehẽdi
sub primo. Dicit etiam pet. de
palu. in quarto. quod quñ sapiẽtibus

notum est sñiam esse nullam quam
uis apud uulgus nesciatur. pot
homo non seruare eam in occul
to. sed in publico debet eaz ser
uare quousqz scandalum ratiõa
biliter sedauerit. ut sicut aliqs
publice excõicatur et publice de
nunciatur. ita ex aduerso ipse
publicet causaz quare sñia non
ualet. puta appellationẽ. Uel alis
iustam causaz. quo facto amplius
non est scãdalum pusillorum. sz
phariseorum. ideo ẽ cõtemnẽdũ

De mõ faciendi ferendi excõicationis. siue de forma excommunicationis.

Forma autẽ excõis seu mo
dus quis sit tenendus. Si
de sñia canonis queritur. secundum
hosti. hec profertur eo ipso quod
aliquis in factum damnatum per
canones sub pena excõicationis
incidit. de sñia excõis que profer
tur ab homine. in summa cõfes
sorum. libro tertio. eodẽ titulo.
qstione. lxviii. dicitur quod cõsue
uit ferri sic sentẽtia excõicatõis.
propter talem uel talem causaz
excõico te. uel talem. uel excõi
camus in scriptis. huiusmõi g°
uerbis uel equipolentibus debz
uti excõicans. arg. ad hoc. ii.
qone. v. diffinitiua. unde Rai.
dicit. non approbo sñiam quo-
rundam simpliciũ sacerdotũ di-
centium. denunciamus talem ex
cõicatum. et tamen nunquã ex-
cõicauerunt eum. Et licet talis
euitandus sit ab illis quibus fit

denunciatio. quia ipsorum non
est iudicare. utrum sit excōica
tus. necne. tamē si de hoc agat
extra formā iudicii. non reputa
bitur excōicatus per huiusmōi
uerba. nisi alias probetur excōi
catus. ⁊ hoc satis traditur ex.
de sen: ex. medicinalis. li° vi°.
Nota ꝙ est alius modus excōi
cationis. quando scilicꝫ persona
ignoratur que furtum uł aliud
maleficium fecerit. ⁊ tūc fit ex
cōicatio in generali sub hac for
ma. quicunqꝫ fec tale furtū nisi
restituat. uł qui aliquid scit nisi
reuelet infra talem terminū pro
primo. secundo. ⁊ tertio edicto
datum. sit ipso facto excōicatꝰ.
uel aliquid simile. ex. eo. a nob
Et nota ꝙ qui aliqd scit de ma
teria propter quam lata ē excōi
catio mō predicto. secūdū hosti.
nō tenetur reuelare damnū pas
so. sed prelato ecclesie. xxxv. q.
sexta. epūs in sinodo. sed neque
ipsi prelato debꝫ reuelare publi
ce si solus reuelator scit. ⁊ pro
bare nō potest. ii. q. vii. pleriqꝫ.
sed secrete. cum prelatus secrete
habet corrigere crimīosos. arg.
xxii. q. v. h uidetur. Primo
igitur sciendum. ꝙ cuꝫ sniā ex
cōicationis aliquando sit lata a
iure. aliqn̄ a iudice siue ab hōie.
ut dictum est supra. dicit Wil.
sniam esse uel ferri a iure. cum
ab eo qui potest constitutioneꝫ
facere. uel generaleꝫ ut papa. uł
ꝑticulareꝫ ut legatus. archiepūs.
uł epūs. uł ɔciliū prouīciale. anīo
iuris statuendi. constituitur ali
quid in perpetuum ⁊ generalit̄
in omnes subditos suos. ⁊ sta
tutum illud roborat per sniam
excōicationis in futuros trans
gressores illius statuti scilꝫ Uer
bigratia. Excōicamus omnes he
reticos. et q exercebunt usuras.
uel tale aliquid cōmittant.
Sententia uero iudicis uel hoīs
dicitur esse que profertur pro cō
tumacia. uł offensa preterita uł
futura. non tamē ītentione con
stitutionis faciende. generał aut
perpetue. sed ut alicui particu
lari persone. uel personis ad ui
tam eorūꝫ. uel ut alicui negocō
consulatur ad tempus. Sicut si
dicatur. Excōicamus omnes illos
qui usqꝫ ad hoc uel ad illud tē
pus cōicabunt uel facient guer
ram. uel illos qui interpellabūt
tales moniales de turpitudine.
⁊ huiusmodi. Et nota ꝙ de
bet premitti excōicationi trina
admonitio. uel una pro tribus.
alias iniusta est. et iudex est sus
pensus ab ingressu ecclesie. ex.
eo. sacro. Et debet habere tē
porum conuenientia interualla.
nisi facti necessitas aliter suase
rit. ⁊ debet fieri in scriptis con
tinentibus causam excōicatiōis
Et excōicator exemplūꝫ scripture
huiusmodi tenet̄ excōicato tra
dere infra mensem si super hoc
fuerit requisitus. alit̄ excōica
tor ē suspensus ab ingressu ecclīe

etiam a diuinis per mensez que
quidem si exequatur. irregĺaris
efficitur. nec nisi per papam cuz
eo poterit dispensari. ex. eo. Cū
medicinalis. hee pene nō tā-
gunt epōs. cum non fiat speciał
mentio de eis sicut oporteret.
Nihilominus tamē ꝛ si illa non
seruentur. excōicati ligat. Jo.
tamē de lig. ī tractatu de censu-
ra ecclesiastica dicit. ꝙ est attē-
dendū ꝙ licet cōtumacia sit cā
īmediata propter quam fert̄ ex-
cōicatio maioꝛ ab homine. ipsa
tamen contumacia aliqñ habet
oꝛtum a crimīe idest a speciali ī-
hibitione crimīs facta ab hoīe.
et tunc non est opus monitione
super emendatione criminis iaz
cōmissi ut incidat. īmo statim ī-
cidit. ut cum monet superioꝛ ali-
quem ut non foꝛnicetur cum ta-
li. alias ipsum excommunicat.
si contrafaciat excōicatus est. ꝛ
excōicari potest sine alia admōi-
tione super emendatione crimīs.
Et ratio. nam iste uere contūax
est. Aliquando contumacia hēt
oꝛtum a crimīe iam cōmisso. ut
cum cōmisit quis crimen super
quo erat admonitus ne cōmitteret.
et sic nec lata nec cōminata est
sñīa in contrafacientē. ꝛ tunc ē
opus monitione si contingat. ꝛ
si contumax fuerit. poterit ex-
cōmunicari. Nota ꝙ ubi dicit
sub pena excōicationis. non hēt
uim sñīe sed cōminationis. ut. C.
cōminationes epistolas. Unica

ꝛ nota. extra de sagit. artem. Sz
gm. dicit ꝙ si iudex dicat preci-
pio tibi sub interminatiōe excō-
mūicationis ne oꝛdines furtiue
suscipias. non ē excōicatus faci-
ens contrarium. sed excōicādus
Sed si fertur sñīa sub condicōe.
ut excōico oēs qui furtiue oꝛ-
dines suscipiunt. tunc es excōi-
catus. Ugu. dicit ꝙ si aliquid
mandatur sub interminatione a-
nathematis. tunc est cōminatio
Si mandat̄ sub pena excōicatio-
nis uel districtione excōicatōis
tunc si est mandatū homīs statī
ligat si hoc intendit. cui in hoc
credendū est. ꝑm hugu. et host.
quia ē sñīa lata. Si est mādatū
iuris. tunc contrafacientes non
statim ligantur. xxx. d. per to-
tū. ꝛ hoc ideo quia mitius agi-
tur cum lege ꝙ̄ cū ministro le-
gis. ff. de arbi. si cū dies. host.
dicit. ꝙ si iudex fecit canonem
late sñīe dicens. quicunqz furtū
fecerit sit excōicatus. ꝛ postea
dicit. sub anathemate prohibeo
ne quis furtum faciat. tūc con-
trafaciens est excommūicatus.
extra. de loca. ca. i. Alias hoc
uerbum sub anathemate uel si-
mile cōmīatoꝛiū est. ff. de cōmi.
epłas. in rubꝛo ꝛ nigro. nisi per
hec uerba pꝛoferens intenderet
ferre sñīam ꝙ ꝑpter circūstan-
tias intentionem suam expꝛessit
ꝓbari potest. hec hosti. extra.
de consan. c. i. Unde iudices qñ
uolunt ferre sñīam. sic scribunt

precipimus sub pena excõicatio nis uobis, ex nunc quam put ex tunc. et extūc q̄put ex nunc in uos ferimus. Nota etiā q cum iudex dicit excõico uel simile. semper ītelligitur de maiori excõicatione. extra. eo. si qñ. Sola autē consuetudo absq3 snīa uel constitutione non reddit aliquem excommūicatū. quia ille non ē modus ferendi snīam excõmunicationis. s̄m gui. Itē si iudex uel prelatus dicat. hēo te p excõicato. si intendat per hoc proferens excõicare. tenet excõicatio. quia uerba intentiōi deseruiūt. et nō econuerso. xxii q. v. humane. Et sermo rei. non sermoni res est subiecta. ext. de uer. sig. intelligentiā. Non enim in talibus q̄bus uerba exigant, est prescripta certa forma uerborum. sicut in sacramēto baptismi et eucharistie. concor. host. dicens ī summa. Non facio uis Utrū dicat iudex excõico te uel scias te excõicatum. uel te excõmunicatum cognosce. uel habeas te p excommūicato. uel reputes te excõicatum. uel alia q̄cunq3. dum tamē uoluntatē et consensū iudicis de presenti exprimant. sicut et alias simile dr. extra. de spon. si inter uirum. Et uolūtas iudicis spiritualis. oīo pro lege seruanda est. xi. q. iii. audi. q̄bus īiuste. Et hec ubi ille intendat per talia uerba excommunicare. ut dictum est. Q si

dubitatur de ītentōne. ī dubio eligenda est uia tutior. ut reputet se excõicatum. s̄m hosti. et gui. et sic querat absolutionem Si iudex dicat excõico unū de istis duobus. credit gui. illum esse excommūicatū de quo iudex intellexit. si autē sciri non potest. aut si uaga fuerit eius ītentio. neuter est uitādus ut excommunicatus. Idem dicit q si iudex dicit. excõico te et absoluo. si simul utrūq3 uoluit. nihil egit. Nota etiā cum snīa excommūicationis lata est sub cōditione. non ligat ante q̄ extat conditio. s̄m hosti. ex. eo. a nobis. Et si pendēte conditione appelletur tenet appellatio. Sed si pure ferretur snīa. non releuat per appellationem. transfertur tamē cognitio cause ī superiorē extra de sen. ex. per tuas. Et si pendēte conditione desinat ēe eius subditus. tenet snīa nisi appellet. extra de foro compe. ca° penultīo. s̄m Innoc. et hosti. Itē si iudex precipiat alicui debitori q soluat infra certum terminū. alioquin sit excõicatus. Dicunt Innocē. et hosti. q creditor non potest terminū prolongare q̄tū ad snīam excommunicationis. s. euitandam. nisi et iudex consentiat prorogationi. et tunc si adueniente secundo termino non soluerit. iterū est excommunicatus. quia terminus uidet prorogatus cū accessoriis

Si tamē pars in primo termino reputat sibi ut satisfactuȝ cessat tota excōicatio. Iteȝ nota q̄ si is qui sniām generalē promulgauit excōicationis moriatur. uel a prelatione āmoueatr. ille qui facit postea contra taleȝ sententiam non est excōicatus. nisi diffiniendo illud statuerit. ff. de off. presi. l. prima. uel nisi a successore expresse cōfirmetur. ex. de loca. c. i. ḟm hosti. ¶ Excōicari potest quis p litteras etiaȝ excōicato ignorante. si hoc expressit excōicans. sed non punitr in intermedio tempore si se īgerat cōiōni fidelium. Io. de lig. Sufficit q̄ snīa excōis uel īter dicti sit lata publice. ad hoc ut teneatur quis ad obseruātiā eius. extra. de clerico excōi. ministr. illud. Excōicatio dicitur ppetua quia nulluȝ tempus contiēt diffinitum. intelligitur tam̄ do nec expirat. io. de lig. De cā efficiente. siue de eo q̄ pōt uel non potest excomunicare.

Excōmunicationis efficiens ē causa. qui potest excōicare Sciendū igitur q̄ excommunicationem ferre possunt in alios. non solum episcopi ⁊ superiores. sed etiam prelati principales collegii ecclesiarū inferiores epīs. ut abbates etiam non benedicti. dū modo fuerīt confirmati. extra. de simo. sicut tuis. Et priores possunt excōicare singulos de collegio alienos etiā si in eos aliquo iure speciali habeant iurisdictionem. de officio ordina. cum ab ecclesiaruȝ. Archi. etiā uidetur q̄ possit excōicare. licet non sit presbiter. arg. d. xxv. p lectis. nisi consuetudo sit in contrarium. Sacerdotes uero parrochiales excommunicare non possunt. nisi aliquo speciali iure iurisdictio eis competat. ii. q. i. nemo. uel nisi ubi esset consuetudo que dat iurisdictionē. ix. q. iii. conquestus. Tho. albert. goff. io. de lig. Qui io. in tractatu de censura ecclesiastica. dicit sic potestas excōicandi pcedens ex potestate clauium. uel fori penitentialis competit sacerdoti non alii. ⁊ ipsam excercet semper. cuȝ prepositus est curie. nisi sit contraria consuetudo uel superioris īhibitio. Facultas autem excōicandi procedens ex iurisdictione speciali competit prelatis habentibus ordīariaȝ iurisdictioneȝ a iure cōmuni uel priuilegio. uel consuetudīe speciali. ut dicit Innocen: Ad hoc ant̄ q̄ talis facultas competat. reqrit̄ q̄ sit clericus uel religiosus et electus per uniuersitateȝ ecclesiasticam. et q̄ ad dignitatē principalem. alias non habet ordīariā nisi consuetudo uel priuilegium concedat. competit etiā hoc habenti iurisdictionē specialeȝ a p̄lato ecclesiastico ut delegato. competit etiam hn̄ti ordinariaȝ

non principaliter ut uicario ordinarii. hec ille. Solus epūs idest non inferior excōicat cuz solennitate. de quo habes. xi. q. tertia. dn̄t. Excōicare potest metropolitanus suffraganeum suuz cum sit ei ordinarius. d. xii. de his. 10. de lig. Excōmunicare ꝛ suspēdere potest epūs propter contumaciam ortam in iudicio. sine consensu capituli. de offic. deleg. ex litteris. perpetuo aūt p̄p̄ crimen suspendere non pōt sine consensu capituli. nisi aliud sibi competat iure speciali. xv. q. vii. epūs nullius. 10 de lig. Excōicare potest capitulum uel prior sede uacante cum succedat cum iurisdictionalibus. de mai. ꝛ obe. cum olim. 10. de lig. Excommunicare non potest quis se ipsum. xi. q. iii. si is qui. Excōicare non potest qui uiolauit interdictum. Excōicare n̄ potest mulier prelata cuz careat clauibus. de pen. ꝛ remissi. noua quedam. Excōicatio lata per delegatuz extra sibi cōmissa nō ualet. ii. q. iii. c. i. 10. de lig. Et nota secūdū Ricardū ī q̄rto ꝙ si iudex delegatus post reuocationem cōmissionis sibi facte excōicet aliquē anteꝙ̄ reuocatō commissionis ad eum potuerit peruenire. tenet sn̄ia. qa adhuc remanet penes euz potestas sibi cōmissa. extra de procu. auditis in glosa. Aliqui tamē probabiliter dicentes sic distinguunt. qa

aut ille qui reuocat ɔmissionem intendit et exprimit. ꝙ sit irritū ꝛ inane quicquid extunc per delegatum fuerit attemptatū. aut non. si primo modo. non tenet sn̄ia lata postea a delegato. Si non. remanebit sentētia. hec ille. Excōicationis sn̄ia ab alieno epō lata ratificari non potest per ꝓprium episcopum. quia a principio nulla fuit. secūdū Innocē. ꝛ bar. brix. Excōicare nō potest laicus n̄ suspendere. nisi ex delegatione pape. tunc enim potest xxxii. d. pag̃. Uerum. Excōmunicare non potest epūs extra suam diocesiz n̄ alii prelati extra territorium sue iurisdictōis. secūdū hosti. quia cum non sit quis excōicandus sine cause cognitiōe. xi. q. iii. nemo. et per cōsequēs locus requiritur in quo possit sedere pro tribunali. Epūs autem existens in aliena diocesi non potest sedere pro tribunali nec aliquid disponere contētiose iurisdictōis. ix. q. iii. epm̄. nisi de consensu illius ad cuius territoriū se transtulit. Epī tamen expulsi possunt exercere iurisdictionem in aliena diocesi scilicet circa subditos suos. et sic pn̄t absoluere et excōicare. ut de foro compe. q̄uis. in cle. xxi. di. deniq3. Quidā tamē dicunt ꝙ etiam extra suam diocesim pōt epūs excōicare. arg. ix. q. iii. Archiep̄s. Forte quod concedi potest de notoriis. quia nec illa

requirunt cause examinationem. nona cā. q. iii. pag. fi. ī summa confessor. li°. iii. titulo. xxxiii°. q. liii. Excōicare non potest p̄latus eos in quibus habet iurisdictionem temporalem tantum. ſm hosti. extra de offi. ordin. dilectꝰ. Et hoc nisi habeat istud ex priuilegio speciali. uel cōsuetudine que etiaȝ dat iurisdictiōȝ. Excōmunicatio lata per eum q̄ cōmuni opinione non credebat excōicatus tamē erat. non tenet. iii. q. vi. pag̃. causa. nam neqȝ excōicatus. neqȝ scismaticꝰ. nec intrusus. nec suspensus a iurisdictione. secus si solum ab offiēo. nec uiolans interdictū excōicare potest. ut dictum est supra.

Quis nō pōt excomunicari.

Nota q̄ excōicari nō potest mortuus. nam mortuus nō est homo. de sum. trinit. ꝛ fide catholica. c. primo. Excōicari enim a canone non potest. quia huiusmodi nō fertur nisi propt̄ crimen. ꝛ mortuus delīquere n̄ potest. A iudice etiā excōicari n̄ pōt Naȝ talis snīa reqrit monitionem precedenteȝ. mortuus. n. moneri non potest. nec contūax constitui. In quibusdaȝ tamen casibus specialibus mortuus excōmunicatur. ꝛ hoc ad terroreȝ ꝛ potius ratione precedentis uinculi q̄ presentis, propter quod fit negatio sepulture. cōmunionis. orationis. ꝛ huiusmodi. in crimine heresis. ꝛ ī notorio crimine decedentis. Excōicari n̄ potest iudeus uł paganus. quia nullus potest perdere quod nō habet. nec re. nec spe. quod uere est de cōione intrinseca sacramē torū. extra quaȝ sunt iudei ꝛ pagani. circa quā de his que foris sunt. nihil ad nos. ii. q. i. multi. Sed cōione extrinseca fidelium inquantū anīalia ciuilia ꝛ socialia. utpote in cōmertiis. ꝛ aliis actibus humanis. quā uis a tali cōmūnione directe excludi non possunt. ita q̄ exclusio terminetur in eos. quia non sunt subditi. per indirectū tamē possunt. s. interdicendo fidelibus cōionem talium. Jo. de lig. Excōicatōȝ incurrere non potest papa. nisi ꝑpter heresim. de qua ꝛ iudicari potest. ꝛ deponi. di. xl. si papa. Alias excōicari non potest. nec ab homīe. cum sit superior omnibus. d. xxi. inferior. nec a canone quia solutus ē a canone. q̄uis ſm cāones deceat uiuere. Nec etiam minori participando cū excōicatis. extra de sen. ex. nulli. in glo. Sȝ excōicatione q̄ seperat a deo propt̄ mortale bn̄ potest excōicari. īmo quia sine compatione a deo longius separatur. io de lig. Excōicatiōis snīa lata per statutum epī. non ligatur nec ip̄e nec metropolitanus eius contrafaciēdo ītra territorium sui suffraganei. secūduȝ Lau. ꝛ io. an. ꝛ io. cal. ꝛ pau.

⁊ hosti. qui ī summa dicit. cer
to certius ē tenendum. nec supe
riorem. nec proferentem sniam
fulminatoriam ligari. xxi. dist.
inferior. Idem Tho. in quarto
Contrariū tenet Hugu. et arch.
⁊ petrus de bel. Io. uero de
lig. circa hoc sic dicit in tracta.
de censura ecclesiastica. ego con-
sideraui circa concordiam harum
opinionum. et pondero largam
drūtiam hanc. scilicet an epūs ut
epūs. ⁊ archiepūs ut archiepūs
incidat in statutum fulminato-
rium. an epī ⁊ archiepī ut priua
ti. ⁊ ut quilibet incidant ī ipsum
In primo casu crederem nemīem
ligari. in secundo casu utrunque
ligari. Subicio exempla. dispo-
suit statutum. quod quilibet exercēs
iurisdictionem in tali loco ⁊ tem-
pore sit excōicatus. uel quilibet
celebrans sit excōicatus. epūs ut
epūs. ⁊ archiepūs ut archiepūs
iurisdictionē exercentes nō sunt
ligati. uel epūs pontificaliter ce
lebrat. uel archiepūs in prefato
loco prohibito. non sunt ligati.
Nota q non solum sacerdos. sz in quocunqz ordine constitutus etiam in minoribus. ex notoria fornicatõne est suspensus ab omnibus actibus ordinuz sm inno. ipso iure. quod notat Archidi. dist. xxxii. pag. ad hec. Quod probat etiam per cap. minister. di. lxxxi. in fine. et extra. de cohabi. cle. et mulie. Uestra. et tã diu stat suspensus q diu perseuerat in uicio. et interim si exequitur officia sua. etiam semel efficitur irregularis. et indiget dispensatione pape. sm innocẽ. et hosti. ut notat Archid. et Anthonius de butrio. Unde etiam si cessaret a uicio. et ante dispensationẽ utitur officio suo semper peccabit mortaliter. quamuis nouã irregularitatem non contrahat Si autem cum esset suspensus. non executus est officia sua. indiget nihilominus absolutione a suspensione. quã poterit facere eps sm innoc. Tertio nota q tal debet euitari in missa et aliis diuinis officiis. di. xxxii. nullus. et ca°. preter hec. Sed ĩ hoc uariatur opinio doctoruz. nam aliqui dicunt q debeant euitari in diuinis post ãmonitionez eis factam. si se non correxerint. sm hug. et lau. Que admonitio a quocunqz fieri potest. sm bu. sed sm lau. fieri debet ab epõ quod uidetur uerius. probatur per c. si qui presbiteri. d. lxxxi. Sz alia opinio cõior est solẽniũ doctor. quamuis archid. dicat eaz duram q stati debeant euitari ante quãcunqz admonitionez. qz ius suspendit eos etiam quo ad alios. et hoc tenet Tho. Raim. Uil. innoc. hosti. io. cal. antho. de bu. A talibus ergo sm ea q habentur ĩ corpore iuris ñ sunt audienda diuina. s. missa. nec sumẽda sacramẽta. nisi baptismus et eucharistia in extrema necessitate. ut dicitur. d. xxxii. pag. Uerum. Sed bene concedunt. Rai. et Uil. q bñficiis priuari non debent. nisi post monitionẽ factam a prelato. si se non correxerint. nam tunc et beneficiis debent spoliari. et in perpetuuz deponi. Quarto nota q ideo ecclesia induxit suspensionez cõtra ista duo uicia magis q contra alia. sm lau. quia facilius prelati et clerici labuntur in hec. scilz fornicationem et simoniam q in alia. ut sic uidentes se uitari. saltem uerecundia temporali resipiscant. di. xxxii. pag. Uerum. Uera tamen sunt sacramenta eorũ. quinto nota q si decretũ est factum in concilio Constan. Insuper ad uitanduz. etc. de q° habes supra in fi. de minori excõicatione. non tenentur fideles uitare sacramenta concubinariorum aut diuina eorũ. nisi postq fuerint per prelatos denunciati publice. s. q euitentur. Caplm quartum. de pluribus suspẽsionibus per diuersas causas.

SUnt ⁊ alii casus in quibus quis incurrit suspensionem uel simpliciter. uel secūdū quid id est quia priuatur collatōe uel executione alicuius ordinis uel ministerii per aliquod tempus. ⁊ primo epūs qui ordinat alienū clericum sine licentia sui epī uel superioris sciēter seu affectata ignorantia. per annū est suspensus a collatione ordinum. ⁊ interim clerici sui absq; ipsius licentia. possunt a uicinis epīs ordīes recipere. extra. de tempor. ordi. eos. li°. vi°. Per quam decre. reprobatur opinio dicentium. ꝙ ordinare poterat alienū sub spe sperate habitionis. ⁊ ītelligitur superior in hoc casu epūs de cuius diocesi iste qui uult ordīari est oriundus. uel in cuius dioc. officium ecclesiasticū habet. uel ubi habet domiciliū licet alibi natus fuerit. Inferiores autem prelati siue religiosi siue alii nō possunt talem licentiā dare. nisi haberēt a sede apostolica qualr̄ possint subditos a quo uoluerīt facere ordinari. item non potest talem lrām dare officialis epī Sed epō in remotis agente. uicarius eius generalis in spiritualibus. seu sede uacante capitulū seu is ad quē tunc administratō spiritualium pertinet. possunt licentiam dare. Religiosi quoq; a suis prelatis in non exemptis prioratibus deputati. priores ⁊ eorū socii possunt a diocesanis

locorum ꝙ diu ibi morantur licite ordinari. licet n̄ sint de eorū diocesibus oriundi. Hec omnia de tempo. ord. c. nullus. li. vi°. Predicatores autem ⁊ minores in hoc sunt priuilegiati a sede apostolica ut scz ualeant a quibuscunq; epīs suos subditos facere ordinari. ipsi autem sic ordinati scz ab alieno epō. sine licentia ꝓprii prelati f3 Rai. priuātur ab executione ordinis recepti. Sed potest cum eis epūs dispensare in hac suspensiōe. ix. q. ii. lugdunensis. extra. de tempo. ord. ꝙ translationem. Epūs uel quis alius conferens tonsuram clericalem infanti. nisi forte religiōē intraret. uel inlitterato. uel hōi aliene diocesis sine licentia. uel cōiugato nisi uolenti religionē intrare. aut ad sacros ordines ꝓmoueri. quādo scil; de iure pōt est suspensus per annum a collatione tonsure tantum. extra. de tempo: or. nullus. li°. vi°. Patriarche. Archiepī. ⁊ epī locantes uel alio titulo concedētes aliquam domum usurariis alienigenis ad fenus exercendum. ipso facto suspensiōē incurrunt extra. de usuris. ꝙquam. li°. vi. Et similiter si permittūt ꝙ usurarii alienigene. s. nō oriūdi de terminīs ipsorum locorū publice usuram exercentes uel exercere uolentes habeant domos cōductas. seu alias habitant in terris suis. i. eorū iurisdictōi subiectis

Si infra tres menses omnes ta-
les de ipsis terris n̄ expellunt fe
rētes sniāz excōiōis ɔtra aliquē
ul̄ aliquos nisi permittant trinā
admonitionem uel unaz pro tri
bus. sunt suspensi per mensez ab
ingressu ecclesie. extra. eo. sacro.
Item debet habere talis mōitō
tempor̄ conueniētia interualla
nisi facti necessitas alit̄ suaserit.
⁊ debet fieri in scriptis continē
tibus causam excōicationis. al̄s
excōicator est suspensus nō solū
ab ingressu ecclesie. sed etiam a
diuinis per mensez. que quidem
si exequatur irregularis efficit̄
nec nisi per papam cum eo pote
rit dispensari. extra. eo. cū medi
cinalis. li°. vi°. Sz he pene non
tangunt epōs ⁊ superiores. cuz
non fiat specialis mentio de eis
extra. de sen. excō. quia pericu
losum. li°. vi°. Ultramontani
ordinati ab epīs italie. nisi habe
ant lnīam a papa. ul̄ ab epō un̄
sunt oriundi uel ī cuius diocesi
sunt beneficiati ⁊ per patentes
ipsius epī litteras cōtinētes cāz
rationabilem. quare ipsos nolit
uel non possit ordīare. sunt ipso
facto suspensi absqz spe dispensa
tionis. extra. de temp. or. Sepe
li°. vi°. ⁊ ordināntes huiusmōi
debent condigne pūiri. ut ī decō
ca°. Qui recipiunt aliquem ex
ordinibus sacris ab epō qui re-
nūciauit loco ⁊ dignitati. si sci
enter hoc agunt. uel ignorantia
crassa ⁊ supīa. n̄ recipiūt ordīs
executionem. Unde sunt suspēsi
nec cuz eis potest dispēsari. nisi
per papam. extra. de or. ab eo q
re. c. unico. Si ignoranter non
tamen ignorantia crassa. potest
cum eis epūs dispensare. Si re
cipientes ab eis ordines minores
sine licentia proprii epī q̄uis de
berent depom. ix. q. ii. epm̄. tn̄
potest epūs ī ordīe tollerare di
spensationem. episcopi autem
renunciantes loco tantum ⁊ non
dignitati possunt omnes ordīes
conferre sicut prius si fuerīt ro
gati a proprio epō loci. al̄s non
ut dictum ē supra. Item ordi
nati a simōiaco ī ordīe suscepto
q̄tumcūqz occulto. uel etiam ī
dignitate. uel a simoniaco noto
rio ī collatōe ordinū. uel ī colla
tione aut receptōe uel mediatōe
beneficiorum nō recipiunt ordīs
executionem. sed sunt ipso iure
suspensi. i. q. i. Si quis a simo-
niacis. q̄uis ī sua ordīatiōe nul
la sit cōmissa simonia. ⁊ hoc in
detestationem simonie. Ratio
est. quia tales cum sint priuati
executione ordinum. Quod
non habent dare non possunt. i.
q. vii. daibtuz. Uerum est tam̄
q̄ ordinati a talibus ex ignoran
tia facti excusantur a peccato. ⁊
in ipsa tali ordinatiōe ⁊ ī execu
tione ordinum sic receptoruz ab
stinere tamen debēt cum sciunt
quousqz cum eis dispēsetur ⁊ p
papam. i. q. i. Si qui. in glosa.
Ex ignorantia autem iuris hoc

faciendo. non excuſarent. Unde
ſm Tho. secũda. secunde. q. c.
Nullo modo quis debet recipe
ordĩes ab his quos ſcit eſſe h͠res
nec tenetur in huiuſmodi ſuis p̃
latis obedire. quĩimmo potius
debet permitti ſe excõicari ſm
goff. Nam obediendo a peccato
non excuſaret. xi. q. iii. Quid
ergo. Patiendo autem iniuſtam
excõicationem meretur. xxiiii
q. iii. Non in perpetuum dam
namur. item ordinati ab here
tico uel ſciſmatico uł excõicato
uel depoſito. nõ recipiunt ordĩs
executionem. cum omnes hi pri
uentur omnium ordinuz execu-
tione. ꝛ nemo dat quod nõ hẽt
prima. q. i. gratia. Nota tamẽ
ſm Tho. ꝛ Pe. ꝛ Rai. ꝛ goff. ꝙ
omnes tales ordinatores. ueros
conferunt ordines. q̃ntum ad ca-
racterez. ſicut ꝛ omnia alia uere
conficiunt ſeu conferunt ſacra-
menta. excepta penitẽtia. quo ad
manifeſte excõicationem. ſecus
de occultis. quia abſoluunt ſm
Ric. ꝛ Pe. de pa. dũmõ tamen
ſeruent predicti formaz ecclesie.
prima. q. i. dominus declarabit
de conſe. di. iiii. non in uobis.
Peccant tamen mortaliter tam
dantes q̃ recipientes ab eis que
cunqz ſacramenta ſcienter. niſi
baptiſmũ in extrema neceſſitate
Ignorantia autez facti probabił
excuſat tales a peccato ĩ ordinũ
receptione. ꝛ eorũdem executõz
dum ea laborant. Cum autem

ſufficienter hoc ſciũt. debent ab
ſtinere quouſqz diſpenſetur.
Circa quam diſpẽſationez dicit
hoſti. ꝙ in epãtu ſolus papa diſ
penſat. extra. de elec. quia dili-
gentia. ĩ his uero aliis ordĩbus
q̃ntum ad alios qui ſcienter a ta
libus ſuſcipiunt ordĩes. uel etiã
ex ignorantia craſſa ꝛ ſupina ſo
lus papa diſpenſat. ĩmo ſecũdũ
Rai. ꝛ goff. ſi fuerunt ordinati
a tali qui recipit ultimã manus
impoſitionem. id eſt epãlem cõ-
ſecrationez extra eccleſiam nũq̃
tollerantur. ix. q. i. ordinatiões
Si uero ex ignorantia nõ ſupĩa
ſm hoſt. per diſcretum prelatũ
cum talibus poterit diſpenſari.
extra. de ordi. ab e. qui re. or-
ca°. i. ꝛ ii°. Sed ſecũdũ Rai. ꝛ
goff. ſi ordinati ſunt ab eo qui
recipit ultimã manꝰ impoſitiõz
ĩ eccleſia. id ẽ antequã efficeret
hereticus. ſciſmaticus. uel excõi
catus. ut tunc eſt quãdo ordĩat
Siue ordinati ſciebãt ſiue igno
rabant. tollerant ex diſpẽſatiõe
miniſtrare ĩ officiis ſuſceptis.
Ad ſuperiores uero non debent
ꝓmoueri. niſi neceſſitas magna
eſſet. ꝛ idem uidetur dicere gof.
de interdicto ꝛ ſuſpenſo a diuĩs
ſcz ꝙ non confert executionem.
ix. q. i. c. i. ꝛ ſequentibus. item
qui aliquẽ ordinẽ ſacrum recipi
unt extra ſtatuta tempora ordi-
nationum ſunt ſuſpenſi. nec dñt
permitti in ſuſceptis ordinibus
miniſtrare. quamuis caracterem

receperint. extra de tempó. or. ca°. ii. epūs tam̄ imposita eis primo penitētia competēti susti- nere poterit ut postea in suscep tis ordinibus ministrent. extra de tempo. ord. consultatiōi. h° ſm inno. Ber. ⁊ Ul. qui addit ꝙ secus ē de ordinibus suscipiē dis. Et si ante dispensationem talis ministrauit in ordine sus- cepto. dicunt quidam ꝙ nō pōt epūs dispensare. Sed uerius ē ꝙ possit dispensare. ut ix. q. ii. lugdunēsis. nisi forte interdicta fuisset sibi executō. ⁊ postea ad ministrasset. Promotus ꝑ saltū id est aliquo ordine pretermisso ad superiorē ascēdēdo ꝗuis ca- racterem recipiat. tamē suspen- sus ē ab executiōe ipsius ordīs sic recepti. di. lii. sollicitudo. ex tra. de cle. per sal. promo. c. i°. ⁊ si non malicia sed ignorantia uel negligētia hoc egit ꝗuis de rigore deponi deberet. tamen ex dispensatione epī ad ordinez pre termissum poterit promoueri. Si autem scienter per saltum ē promotus. ⁊ in ordine sic suscep to sine dispensatōne ministrauit ī ipō ordīe sic suscepto post rece ptionez obmissi adhuc potest ꝑ epūm dispensari. sed ꝙ ulterius ascendat non nisi per papā. ℞ai host. ⁊ Ul. ℞ecipiētes eodē die minores ordines cum subdi- aconatu. uel duos sacros ordīes simul. siue ordinatore sciēte siue ignorāte. sunt suspēsi ab ordīb9 sic susceptis. ⁊ deponi deberent lxxvii. di. subdiaconus. ext. de eo qui fur. or. innotuit. possunt tamen permitti misericorditer ī minoribus tantum ministrare. ⁊ si intrant religionē ⁊ uita mo resqȝ eorum exigunt. Abbas si uoluerit poterit ī aliis ordībus dispensare. ut in dicto. c. ℞ai. ⁊ hosti. Sed si lata prius fuissȝ excōicationis snīa contra sic re- cipientes. ⁊ nihilominus recepe rint. non poterit cum eis dispen sari nisi per papam. ut in dicto ca°. innotuit. ⁊ dicit host. ꝙ ēt papa non de facili dispensat. contrahentes matrimonium de presenti. ⁊ ante carnis copulam se facientes ad sacros ordinari. aliter ꝙ̄ sacris canonibus conce datur. ꝗuis caracterem suscipi ant sunt suspensi. ita ꝙ nec etiā post mortē uxoris poterūt ī illo ordine ministrare. nec ascendere ad alios. nec aliquod officiū uel beneficium ecclesiasticum obti nere. ⁊ matrīoniuȝ nihilomin9 sic contractum propter hoc non dissoluitur. quod intelligitur cū tales in seculo remanentes hoc agunt. nam secus si religionem intrassent. in extrauaganti. Io. xxii. q̄ īcipit antiqua. Aposta- te a religione in apostasia susci- pientes ordines sunt suspensi et irregulares: extra eo. ti. aposta ta. nec dispensatur cum eis nisi per papam. Sed ⁊ alii qui ī ex cōicatione ordines recipiūt. sitr

sunt suspensi ⁊ irregulares. ext.
de sen. exc. cum illorum. ⁊ hoc
uerum. nisi probabilis ignorātia
excuset eos. ⁊ de hac materia
habes supra ī ca°. de causa fina
li excōicatiōis. pag̃. secūdo.
celebrantes seu participantes in
diuinis scienter cum publice ex
cōicatis uel interdictis. sunt sus
pensi ab ingressu ecclesie. extra.
de priuil. epōrum. li°. vi°. Sed
de hoc plenius supra ī titulo de
interdicto. c. ii. pag̃. iiii. ⁊ per
totum illud capitulū habes plu
ra pertinentia ad materiam sus
pensionis. conseruatores non
possunt se intromittere de aliis
q̄ de manifestis iniuriis ⁊ uio-
lentiis. q si de aliis que iudicia
lem indaginem requirunt se in-
tromiserint. sunt suspēsi per an
num ab officio. extra. de offic.
deleg. Statuimus. li°. vi°. iudi-
ces ecclesiastici. qui contra iusti
ciam in grauamen alterius ptis
in iudicio quicquā faciant p gra
tiā uel p sordes puta per pecuni
am suspensi sunt per annum ab
executione officii. ⁊ durante su
spensione si ingesserint se diuīs
efficiuntur irregulares. nec nisi
per papam poterīt liberari. ex.
de sen. ⁊ re iud. cum eterni. li.
vi°. Religiosi qui concedūt
alicui ad uitam uel certū tēpus
iura redditus possessiones admi
nistratiōis cui presunt. nisi duo
concurrant scilꝫ q necessitas uel
utilitas monasterii ul' prioratꝯ
illius ecclesie. hoc exposcat. ⁊ q̄
conuentus ipsius ecclesie consen
tiat. aut si conuentum nō habe
ret. assensus prelati proprii inter
ueniat. sunt ipso facto suspēsi ab
officio. nec ualet dicta concessio
Excipiuntur tamē duo casus. s.
locatio ⁊ uenditio redditūū uel
fructuū ad modicum tempus.
extra. de re. eccle. non alie. c. i.
in cle. Utrum autem hec suspen
sio intelligatur ab officiis diui-
norū uel ab officiis temporaliū
administrationū. puta prelature
procuratorii. cellarii. ⁊ huiusmo
di. io. an. remittit ad notata de
deci. c. i. in clement. ⁊ ibi ponit
utranqꝫ opinionem. ⁊ dimittit
sub dubio. De suspensione
tangentibꝫ pdicatores ul'
minores.

Fratres ordīs predicatorū
promoti uel assumpti ad e-
piscopatus uel alias prelaturas.
si prius recipiant munus conse-
crationis q̄ resignent ordini li-
bros ⁊ alia que habebāt tempe
sue promotionis. eo ipo sunt ab
executione pontificalis ministe
rii suspensi. clemens quartus. ī
priuilegio. prouidentia. Fratres
predicatores si perturbare psum
pserint officium inquisitiōis cō
tra hereticos p fratres mīores
exercitatum. ipso facto sunt ab
executione ordinum sacrorū sus
pensi. Nec potest relaxari talis
suspensio. nisi per sedem aplicā
aut per inquisitorē cuius officiū

perturbauerunt. ⁊ idem est de
minoribus perturbantibus offi
cium inquisitionis per predicato
res exercitatum. clemens q̈rtus
in priuilegio Paupertatis altissi
me. ¶ Fratres predicatores ⁊ mi-
nores recipientes ad professionē
aliquem in ordine suo ante pro-
bationis annū elapsum sunt ipso
facto a receptione quorumcunqꝫ
suspensi. ⁊ pene grauioris culpe
debite puniendi. nec etiā per hᵒ
ille sic professus ē ordini nostro
obligatus extra. de regula. non
solum. liᵒ. viᵒ. ¶ Religiosi qui ui
delicet decimas non percipiunt
si scienter obmittant facere con
scientiaꝫ confitentibus de dictis
decimis soluendis. sunt suspensi
a predicationis officio. donec fa
ciant eis conscientiaꝫ si cōmode
possunt. ⁊ si interim predicarent
essent excōicati. extr. de penis. cu
pientes. in cle. Quod tamē ītel
ligunt. Pe. de an. ⁊ Pau. si fue
rint super hoc requisiti. s. a pre-
latis. Item cum queritur
Utrum suspensus ab officio sit
suspensꝰ a beneficio. Super
hoc io. an. multa dicit pro ⁊ cō
tra. super cle. cupientes. extra.
de penis. concludit ⁊ notat clare
Sed Pe de ancha. super eadem
ponit distinctionē dnī gasparis
de cal. dicens sic. aut quis ē sus
pensus ab officio. aut beneficio
aut ab utroqꝫ. Si ē suspensus a
beneficio siue a iure siue ab ho
mīe. nō est suspensus ab officio
arg. c. dilectus de offi. or. ¶ Rō
ad h. odium penarum. reg. iu.
in penis. de re. iu. item quia
officium non est accessorium ad
beneficium. licꝫ sit econuerso.
Si est suspensus ab officio hoc
est. aut per dictioneꝫ taxatam
tantum. aut simpliciter. Primo
casu planum est. quia non ē sus-
pensus a beneficio. cum tantum
sit suspensus ab officio. quia hᵒ
uoluit sniē promulgatio. qꝛ uires
sniē ultra intentionē proferentis
non se extēdunt. Saluo casu pa
storalis. de appella. Si auteꝫ sit
simpliciter suspensus ab officio
hoc ē aut ab homine. aut a iure
Si a iure. aut propter crimen.
aut propter infamiam uel cōtu
maciam. Si propter crimē. tūc
puto ꝙ suspensus ab officio sit
suspensus a beneficio. ut c. eos.
⁊ c. si quis sacerdotuꝫ. d. lxxxi
si aūt ꝓpt ī famiā uł ɔtūaciā
sit suspensus ab officio non ē sus
pensus a beneficio. ut c. presbr̄
si a plebe. ii. q. iiii. Si auteꝫ ab
homine ē suspensus ab officio. si
hoc est propter crimē graue. tūc
est suspensus etiam a beneficio
ut in iuribus allegatis. Si autē
propter crimen leue. uel etiā ꝓ
pter infamiam uel contumaciaꝫ
non est suspensus a beneficio ut
in iuribus allegatis. Si autē est
suspensus ab utroqꝫ. aut hoc ē
per dcīonem ⁊. planum ē. aut
per dictionem uel. ⁊ tunc puto
opinionem gof. ueram scilicꝫ ꝙ

talis snia non ualet propter icer titudinem .l.iii. C. de sen.que sine certa quantitate.hec ille. Innoc. autē dicit simpliciter q suspensus ab officio tantū nō de bet percipere fructꝰ beneficiorꝫ super c.pastoralis.de appellat. Sed hosti hoc intelligit.quādo ē suspensus pro graui cā. ꝑ lem uel infamia ꝛ non est contūax. Et nota fm hosti. q suspensus a pontificalibus si celebrat ī pō tificalibus non erit irregularis Ratio est.quia pontificalia nō sunt de substantia celebrantis. nec dēmus iudicare aliqꝫ irregu larē nisi īuenatur expressiꝫ. arg. de pe.di.i.pag.pene. itēꝫ sus pensus a participatiōe sacramē torum de qua suspensiōe habes xviii.d.si quis autē.ꝛ c. fin.ꝛ ca°.placuit.di.lviii.c.fi.extr. de elec.osius.ꝛ de his que fi.a mai.par.ca.c.i. Si celebrat nō est irregularis. Talia enim non sunt ordinū.cuꝫ ꝛ laici participēt sacramentis.hosti. ꝛ innocē. clerici qui scienter eligūt ad epi scopatum indignū sciꝫ cōtra for mam illam que habetur extra. de elec.cum in cunctis sunt per triennium suspensi a beneficio. in dicto.c.ꝛ dicit glosula bītis ꝛ habendis. eligentes aliquem siue electio sit facta concorditer siue in discordia.si īfra octo di es ex quo poterūt cōmode ipsaꝫ electionem electis distulerint p̄ sentare. qui culpabiles in hoc

fuerint a prosecutione electōis sunt exclusi ꝛ suspensi per trien nium a beneficiis.que obtinent in illa ecclesia.ad q̄ si īfra illud tempus temere uel colorate se ī miscuerint.illis ꝑpetuo sunt pri uati.ex.de ele.cupiētes.li°.vi. compromissarius si scienter eli git indignum est ipso facto per triennium suspēsus a beneficiis ecclesiasticis.hec tamē suspēsio non tangit epōs nec intelligitur nisi in electōibus epōrum ꝛ su periorum.secus de electōibus inferiorum.extra de electis.Si compromissarius.li°.vi. Re ligiosi grauantes uel fraudantes eccīas circa decīas eis debitas si reqsiti ꝑ illos quorū interest non desistunt infra mensem uel de usurpatis. uel retentis infra duos menses non fecerint emen dam.suspensi sunt ab officio ad mīstrationis ꝛ beneficiis.ꝛ tīa non habentes sunt excōicati. ex tra de decimis.c.i.in clem. Et dicit io.an.ī glo.se credere q sufficiat iudicis declaratio su per satisfactione. Nec sit neces saria alia absolutio quo ad sus pensionem. sed quo ad excōica tionem bene requirit absolutio Doctor uel magister qui docto rat aliquem.nisi prius exigat iu ramentū a doctorando q nō ex pendet pro suo doctoratu. ultra summam trium milium turonī argentorum est suspēsus per sex menses a collatione doctoratus.

extra de magistris. cum sit. in cle. In capº ecclesie cathedralis uel collegiate est suspensus a uoce in electione ⁊ aliis. qui nõ hꝫ adminus ordinem subdiaconatꝰ ⁊ similiter qui habet beneficiuꝫ cui annexus est ordo. nisi infra annum faciat se ꝓmoueri ad talez ordinẽ quez requirit bñficiũ legittĩo ĩpedimẽto cessante. ex. de eta. ⁊ qual. pro. ut hi q̃ ĩ cle. Qui ꝓhibiti sunt audire leges ⁊ phisicam de quibus habes s̃ in titulo. de excõ. c. ultra excõicationem sunt suspensi ab officiis suis. Uide ibi.

Capitulũ quĩtũ quis põt suspẽdere. uł absoluere a suspensiõe.

Ultimo nota. ꝙ suspendere potest ab officio qui ⁊ excõicare. Quis autẽ potest excõmũicare habes supra. caº. Unde laicus uel mulier qui nõ potest excõicare. nisi ex cõmissiõe speciali pape. di. xxxii. pag̃. Uerũ in glo. non potest etiam suspendere. Potest tamen abbatissa secũdũ innocẽ. suspendere a beneficio clericos ecclesiarũ sibi subditarum. Si hoc ex consuetudine habet. non autẽ ab officio item nota ꝙ sicut excõicatio sic ⁊ suspensio. per sequentem appellationem minime suspenditur. Suspensio dico ab officio uł ab ingressu ecclesie lata. ext. de sen. excõ. is cui. liº. viº. itez nota ꝙ absolutio a suspẽsione officii simpliciter uel diuinis fieri dʒ et sub ista forma uel simili. ego absol uo te a uĩculo suspensiõis quod incurristi per talez causaz ⁊ restituo te executioni ordinuz ⁊ officiorum tuorum. in nomĩe patris. ⁊c. Tamen quia suspẽsio pertinet ad forum contentiosuz nec reperitur determĩata fořa necessaria huiusmodi relaxatõis ideo quicquid dicat. ⁊ quibuscũ qꝫ uerbis utatur is qui ualꝫ absoluere a tali uinculo. si intendit absoluere uere absoluit. sicut dictum est supra de excõicatione. Sed queritur quis possit absoluere ab suspensione. circa hoc Pau. in cle. Monasteriorum. extra. de re. ecc. nõ alie. sic dĩc Ubi papa ponit penam suspensionis uel interdicti propter cõtumaciam canonem cõdendo puta ꝙ inferior possit absoluere. ex. de sen. ex. Nuper. nisi papa reseruet sibi absolutionez. uel alteri expresse ⁊ determinate ꝑsone ⁊ hoc tenent Uincen. Hu. gof. inno. Ber. ⁊ io. ĩ glo. xi. q. iii. Si inimicus. ⁊ xvi. q. vii. Si quis deinceps. ⁊ hostiẽ. idem iudicium est si constitutio inferioris approbat ⁊ confirmat de institutione. ex frequẽtibus. plꝰ enĩ operatur confirmare q̃ᵖ condere sñĩam. Potest quilibet suffraganeus relaxare. cum nõ sit maioris efficacie q̃ᵖuis cõmune. sic intelligitur. c. grauẽ. extra. de preb. ⁊ hº nisi alteri ĩseruet̃

absolutio. Si uero pena suspen-
siõis ⁊ hmõi ĩponit per sñĩaȝ id
ẽ ab homĩe. tũc ligans debȝ ab
soluere non inferior. extra. de
of. or. cum ab ecclesiaruȝ. saluo
casu decre. eo. ti. pastoralis. idẽ
tenet Uil. in specu. Si uero sus
pensio sit perpetua. que habet
uim priuationis. ut notat Din.
de translatio. c. ii. ⁊ Uil. ĩ spe.
ti°. ii°. pag̃. nunc ostendendum
non habet locum absolutio. sed
necessaria est dispensatio conse-
quens collatio. ⁊ tunc ẽ uidere:
an tale sit crimen in quo possit
epũs dispẽsare. ⁊ hanc conferre
uel non. Et ĩ primo casu poterit
epũs dispensare. ⁊ concedere pu
ta beneficium uel officium quo
ad concessioneȝ executioneȝ ord.
quo ad dispensationẽ. in scdõ
casu nõ poterit. liiii. d. multos
et de suspensione que põitur in
dicto. ca. Monasterioruȝ. dicit
idem pau. non puto hanc de sui
natura operari priuatim. Alias
papa expressisset. hoc ar. de dec.
ad audientiam. Unde credo etiã
possẽ per ordinarium relaxari ra
tione premissa. sed si nõ relaxet̃
durabit perpetuo. x. q. ii. perpe
tua. Nota ꝙ sñĩe omnes suspen
sionis late per quoscunqȝ prela-
tos. contra fratres predicatores
contra indulta priuilegiorũ suo
rum sunt ipso facto irrite ⁊ ina
nes. Alexander Meritis uestri.
et si contra alios occasione ipõꝝ
fratrum late fuerint. sunt etiam

irrite ⁊ inanes. Alexander. nĩs
iniqua. Item magister ordĩs
⁊ singuli priores ꝓuĩciales ↄuẽ
tuales ⁊ eoꝝ uicarii ĩ locis ⁊ cõ
uentibus sibi cõmissis fratrib9
sibi subditis necnon ⁊ aliis fra-
tribus eiusdem ordinis interduȝ
ad eos declinantibus undecũqȝ.
possunt impartiri beneficiuȝ ab-
solutionis a suspensione. excõi-
catione. ul' ĩterdicto. quas sñĩas
incurrissent in ipso ordine. Uel
ante ingressum eius. ac etiaȝ lai-
cos qui ordinẽ ipsum uellẽt ĩgre
di. nisi adeo esset excessus enor-
mis. ut merito essȝ sedes aplica
consulẽda. Bonifacius ⁊ Alexã
der. Uirtute. iteȝ predicti pre
lati possunt dispẽsatõnẽ obtinere
a suis confessoribus ⁊ absolutõȝ
supra suspensione ⁊ irregularita
te quam contraxissent ex eo ꝙ
protulissent sñĩas excõicationis
suspensionis ⁊ ĩterdicti sine scri
ptis ex incautela. clemẽs exigẽ-
tibus. Cap. q. de plibus
suspẽsioib9 propter diuer-
sas causas. De dr̃a ĩt suspẽ-
sionẽ. depositiõeȝ. et degradatõeȝ.

Uidetur aũt esse differentia
inter suspensionem deposi-
tionem ⁊ degradationẽ. stricte
sumendo ipsos terminos. Nam
large freq̃nter accipiuntur ĩ iur̃
unum pro alio. ut di. xlvi. cleri
cus. Primo suspẽsio uidet̃ im-
portare priuationem executionis
legittime ordinis. uel officioruȝ
ecclesiasticorum. simpliciter. uel

ad tempus. et cū spe dispēsatōis q̄ qnq; a iudice infertur. Depositio importat priuationem execuționis legittime officii. et beneficiorum ecclesiasticorum possessionis simpliciter et ex toto absq; spe restitutionis. retento tamen priuilegio clericali. qr cōueniri non potest in iudicio seculari nec capi nec pūiri a laicis et fit per sn̄iam hominis cōiter nec potest inferri hec pena ab inferiori epō. qui hoc agere pōt erga proprium suū subditum assistente sibi canonico numero episcoporum. si est in sacris. als sufficit propria sn̄ia epī. sine aliorum presentia. Depositus autē et degradatus restitui nō potest ad officia sua. nisi per dispensationem pape. Item ubi in iure dicitur suspendatur uel deponatur uel degradetur cōminatio ē sn̄ie ferende. non lata sn̄ia. ut xxxv. d. epūs. Degradatō ultra penā depositionis hoc addit. quia priuatur priuilegio clericali oī cum certa solennitate. Caracter tam̄ ei auferri non potest. nec a quacunq; creatura. q̄uis. io. an. uideatur tenere contrarium scilicet ꝙ possit ei auferri s̄m Tho. in quarto. et io. in glo. di. l. Accedens. et innoc. tenet ꝙ non. De modo et forma degradatōis habes in ca°. degradatio. extra. de penis. li°. vi°. et ī summa pisana. Nota tamen ꝙ nō omnis degradatus est tradendus curie seculari. sed solum in tribus casibus. Primus in crimine heresis extra de hereticis ad abolendam et hoc nisi ad penitentiam ī continenti redire uoluerit. sed si relabatur non plus parcitur ei. Secūdus in falsario litterarum pape. ex. de cri. fal. Ad falsariorum. Tertius cum quis deponitur propter calumniam quam tulit suo epō. ii. q. i. si quis sacerdotum. Unde cum in curia romana his temporibus quidam sacerdos interfecisset Sacristam sancti petri sacerdotis ut sic posset rapere bona sacristie. requisito consilio peritorum super hoc concluserunt. ꝙ non debeat propter hoc tradi curie seculari ad occidendum. sed poni ī perpetuum carcerem. uel in cauea sustētandum de pane doloris. et aqua angustie. Papa tamen martinus de plenitudine potestatis illum degradatum fecit tradi curie seculari. et sic fuit occisus. Potest etiam nihilominus per solū epm̄ suum cōuocatis abbatibus et aliis religiosis. et prelatis et litteratis sue diocesis. quādo sacerdos uel alius in sacris fuerit curie seculari pro heresi tradendus uel degradandus. sicut ei uidebitur expedire. extra de hereticis. quoniam li°. vi°. Hec autē degradatio cū quis propter heresim uel aliud est tradendus curie seculari. sic fienda presente potestate. dicit degradās ut ī forū suū recipiat

degradatum. debet tamen inter
cedere pro eo ꝙ non moriatur.
extra. de uerbo. sig. nouimus.

De irregularitate. titul. lxj. c. j.

IRregularitas sic dif
finitur a specul. ꝙ est
nota siue impedimētuꝫ
canonicuꝫ ex facto seu
defectu prouemens. quo quis ꝓ
hibetur ad ecclesiasticos ordīes
promoueri. ⁊ in eisdem ministra
re. ⁊ irregularitas contrahit̄
multis modis ⁊ causis. Et ad
sciendum quando quis efficitur
irregularis. ex indebita celebra-
tione uel executione ordinum.
io. calde. ponit talem distinctiōꝫ
celebrans aut utens officio or-
dinis. aut est femina aut mascu
lus. ⁊ si ē mulier. siue laica siue
religiosa non efficitur irregula-
ris. quia cum non sit capax ordi
nis clericalis non cadit in eo ir-
regularitas. per quam quis im-
peditur in ordine uel ordinis of
ficiuꝫ celebrare. sumitur hec rō
ex ca°. debitum. de bigamis. ⁊
xxxiii. q. v. hec imago. Si ergo
mulier excōicata uel interdicta.
uel in loco īterdicto. uel īdebite
tractet officia sacra. temere agit
⁊ pūiri dꝫ de pe. ⁊ re. noua. n̄
tam̄ ē irreglaris. Si ē uir. tunc
aut est furiosus. aut sane mētis
Et si furiosus propter quancūqꝫ
celebrationem non efficitur irre
gularis. nec peccat. ideꝫ de īfan
te cle. furiosus. de homici. Si
est sane mentis. tunc aut talis ē

Laicus. aut clericus. ⁊ si laicꝰ
est. ⁊ cum sollenni apparatu ali-
cuius ordinis celebrauit. scilicet
exequēdo actū alicuiꝰ ordīs siue
cōuersus sit aliciꝰ religiōis. siue
secularis. licꝫ hoc sit rigorosum
uidetur ꝙ sit irregularis. de cle.
non or. minist. nec cum tali ut
ualeat promoueri alius q̄ papa
potest dispensare. sicut ⁊ cū or-
dinato ⁊ suspenso celebrāte aliꝰ
q̄ papa non dispensat. idem est
in isto casu. Nota tamen ꝙ hoc
uidetur intelligendum de ordini
bus sacris. ⁊ ī solenni apparatu
nam officia minorum ordinuꝫ li
cite ſm Tho. ī quarto. ⁊ alios
doctores. possunt exerceri eciaꝫ
ab illis qui non sunt ordinati in
illis. Si autē hec agit sine solēni
apparatu non efficitur irregula
ris. Si uero ē clericus. tūc aut
celebrat in ordine quē nō habet
aut in eo queꝫ habet. ⁊ si primo
modo hoc agens ī ordinibus sa
cris est irregularis. De subdia-
conatu tamē dicit. Uil. ꝙ si est
in minoribus potest cantare epi
stolam. dūmodo sine solēnitate
⁊ Addit innoc. ꝙ est licituꝫ qn̄
deest subdiaconus. ⁊ tūc cantet
sine ornamentis subdiaconi. sed
solennis apparatꝰ subdiaconi ui
detur esse mampulus. dicit eniꝫ
Petrus de palu. in quarto. ꝙ tu
nicellam licet etiam non subdia
cono portare. quia nō ē propria
uestis. sicut māipulus quē nullꝰ
īferior subdiacono portare debet

hec petrus. Unde si talis cantet
epistolam cum tunicella sine ma
nipulo tantum. ⁊ nõ porrigẽdo
calicem diacono uel sacerdoti.
quod ẽ proprium officium eius.
⁊ principalis actus ordinis talis
⁊ ubi ẽ consuetudo. ꝙ etiam in
minoribus cantẽt eplaꝫ illo mõ
non uidetur irregularis. Secꝰ
autẽ ubi cum manipulo. uel por
rigendo calicem. uel ubi non est
mos ꝙ cantent. nisi subdiaconi
De aliis ordinibus superioribꝰ
non ẽ questio. quia sine dubio
ĩcurritur irreglaritas. Si uero
clericus celebrat in ordine quem
habet. tunc aut est excõicatus
maiori. uel celebrans aut officiũ
exercens ĩ loco ĩterdicto ab ho
mine uel a iure. aut est suspẽsus
Si primo modo. tunc ĩ utroqꝫ
casu efficitur irregularis. ⁊ ĩdis
pensabilis nisi per papã. de sen.
excõ. is qui. li°. vi°. Dicit tamẽ
Uil. ꝙ in minoribus constitutꝰ
ministrando seu exercendo offi
cium suum etiam cum solẽnita
te cum est excõicatus nõ efficit̃
irregularis. quia illa duo. c. Si
quis epũs. i. ⁊ ii. q. iii. non lo-
quũtur de eis. ⁊ pene sunt restrĩ
gende. secus de subdiacono. Sꝫ
sine solennitate. legendo eplam
subdiaconns uel diaconus uel p̃
spiter excõicatus. credunt quidã
ꝙ non incurrant irregularitatẽ.
Si autem clericus est suspensus
sumendo stricte suspensioneꝫ. s.
quo ad se ⁊ quo ad alios. nam

qui ẽ susp ẽsus q° ad se tm̃. puta
propter mortale quodcunqꝫ. uel
propter minorem excõicationeꝫ
uel propter iniunctionẽ a cõfesso
re. talis celebrans nullam incur
rit irregularitatem. ut dictum ẽ
supra. Sed suspensus quo ad se
⁊ alios. aut est suspẽsus a cano-
ne aut ab homine. si ab homĩe
seu iudice. tunc aut ignorauit ig
norantia probabili. ⁊ tunc non
efficitur irregularis. aut ignorã
tia crassa ⁊ supina. ⁊ tũc efficit̃
irregularis. ⁊ multomagis si sci
uit se suspensum: ⁊ hoc quomo
docunqꝫ sit suspẽsus simpliciter
uel ad tempus determĩatũ. etiã
si ratione defectus uel infamie
puto talem durante suspensione
celebrantem esse irregnlareꝫ. nec
posse secuꝫ dispensari nisi per pa
pam. ad hec. xi. q. iii. Si quis
presbiter. ii. q. v. prespit̃. de sen.
excõ. cum medicinalis. li°. vi°.
Si uero est suspensus a canone.
tunc aut ratione criminis. aut
ratione defectus. aut rõne infa-
mie uel scãdali. Si primo mõ.
aut simpliciter ẽ suspẽsus. ⁊ sic
celebrando ẽ irregularis. xi. q.
tertia. Siquis epũs. Aut est sus
pensus ad tempus. ⁊ tũc aut ad
tempus determinatum. ⁊ sic in
terim celebrando est irregularis
Aut ad tempus indetermĩatum
⁊ tunc aut cum conditõe donec
satisfaciat. aut cum conditione.
donec peniteat. Si cuꝫ conditõe
donec satisfaciat. aut cũ ↄditiõe

ut. lxxxi. d. Si qui sunt. et c. se
quenti. et de coha. cle. et mulie.
Sicut. et in cle. de decis. in c. i.
cum similibus. et tūc licz quidā
contra. puto. si sit suspēsus ante
absolutionez celebrat est irregu
laris. quia in hoc factuz iudicis
est necessarium ut habeatur pro
absoluto. ut dixi de eta. et qua.
cum bone. et sic cum factum ho
minis sit necessarium. sequitur
quod ad suspensionem dei canō ali
quid addit. ut in dicta decreta.
de cohab. cle. et mulie. Si uero
suspensus cum conditione donec
peniteat. ut supra de elec. osius.
et tunc equum est tenere quod inte
rim celebrando non efficitur ir-
regularis. quia talis suspensio
uidetur esse dei. ad quam nihil
addit canon. nec ut habeatur pro
sublata aliquid factuz iudicis est
necessarium. et ideo dicendum ē
de ea ut de suspensione dei tātū
Si secūdo modo sit suspensus a
canone. i. ratione defectus. tunc
aut ratione defectus ordinis. aut
ratione alterius defectus. Et si
ratione defectus ordinis. ut cle-
ricus per saltum promotus q̄tū
ad ordinez omissuz in quo si ex-
ercet officium anteq̄ recipiat ē
irregularis. Sed celebrando ī or
dine ad quem est per saltum ꝓ
motus. quem habet nō est irre
gularis. d. lii. sollicitudo. Si
ratione alterius defectus. ut bi-
gamus. illegittimus. corpore ui
tiatus. Ordinatus ante etatem

legittimam. uel a nō suo epō. ī
hoc casu concordāt omnes quod ce
lebrando non est irregularis. quia
hoc non ē expressum in iure. et
quia quando curia mandat. cuz
iaz ordinatus in supradictis defe
ctibus dispensari. nil dicitur de
irregularitate. di. lvi. apostolica
et c. cenomansis. Stilus autem
curie est attendendus. de crim.
fal. quem graui. Nec obstat quod
ordinatio facta ante legittimam
etatem. uel a nō suo epō fuerit
cum pecato. quia principalis cā
propter quam diximus tales sus
pensos est defectus non pecatum
ergo ratione defectus non crimīe
talis debet censeri suspensus. et
hac ratione puto quod licet irregu
laris ex celebratiōe diuinorū sit
suspensus a canone propter hāc
irregularitatem. si tamen alias
non ē suspēsus a iure uel ab ho
mine. puta quia absolutus est ab
excōicatione. et suspensione. sed
non est secum dispensatuz super
irregularitate. uel nō est suspen
sus contrahit irregularitatem.
talis non contrahit nouam irre
gularitatem. quia hoc non ē ex
pressum ī iure. Si tertio modo
est suspensus a canone. s. ratiōe
scandali uel infamie. tūc celebrā
do non est irregularis. de cler.
peregri. c. i. sed bene faciūt alii
abstinendo propter infamiam q̄
est contra illuz. uel ut scandaluz
euitetur. et propter hoc sequit.
secundum innoc. quod illi quorū crimīa

ſunt notoria qui etiam poſt peni
tentiam probibentur celebrare.
propter ſcandalum ⁊ infamiam
ut de cohabi.cle.⁊ mul. c.fi.
Si ante abſolutionem celebrant
non incurrunt nouam irregula
ritatem ex allegatōe quaꝫ facit
Uidetur intelligere de notorio
fornicatore.quod pium ē tenere
Et quod notatur ī dicto. de ſen
excō.in vi°. intelligatur de no
torio fornicatore ante penitētiaꝫ
celebrante. ne uideatur ſibi ipſi
contrariꝰ. tamen de rigore ſola
penitentia non tollit ſuſpenſionē
canonis in notorio fornicatore.
ut uidetur expreſſum.l.d.perue
nit.quia requiritur factum iudi
cis.ut ſupra dictum eſt de ſuſ
pēſo a canone.donec ſatiffaciat.
ſed abſolutione facta a ſnīa ca
nonis a qua poteſt hoc caſu epi
ſcopus abſoluere.quia conditor
canonis ſibi non reſeruauit ſi pe
nitet remanente irregularitate.
quam contraxit huiuſmodi for
nicator notorius. ex celebratiōe
diuinorum.dicit enī ipſe inno.
ꝙ talis celebrās anteꝗ̄ peniteat
efficitur irregularis īdiſpenſabi
lis.niſi per papam.ſed antequā
ſecum diſpenſetur celebrando ēt
penitens.i.dimiſſa concubina n̄
contrahit nouam irregularitatē
⁊ forte talis fuit intētio. inno.
B.Hec omnia notantur per an
thoniū.de butr.ſuper decretali
de cle.ex.miniſ.Si celebrat.ſꝫ
abreuiata aliq̄lr̄ ſunt ⁊ mutato

aliqualiter ordine additis ſolum
in tribus locis. ut patet dictis
breuibus.Tho.Pet. de palud.
⁊ Uil.

De ordinato an legitimam etatem.

NOta ꝙ ex precedētibus ui
detur ꝙ ordinatus ante le
gittimam etatem. ſit ipſo iure
ſuſpenſus ab executiōe ordinis
ſic recepti.Sed ſolennes docto
res cōiter tenent contrariuꝫ. vꝫ
Rai ī ſumma.Uil.ī glo.arch
in roſario.di.lxxvii.paꝫ.uerū
extra de cle.per ſal.promo.c.
primo.Antho.de bu.extra de
tempo.or.uel non eſt compos.
Paulus de leazariis.⁊ fran.de
zamber.ſuper cle.generalem.hi
omnes dicunt: ꝙ talis non eſt
ipſo iure ſuſpenſus.ſed ſuſpendē
dus.⁊ interdicenda eſt ei execu
tio ordinis recepti an̄ legittimaꝫ
etatem uſqꝫ ad etateꝫ legittimā
Et ſi poſtꝗ̄ fuerit ei interdicēda
a iudice ſuo uſus fuerit ordine
tali ante legittimam etatem erit
irregularis. Si autē non fuerit
ei interdicta. ⁊ ſic utitur ordine
ante legittimā etatē recepto.nō
eſt irregularis. ut dictum eſt.
Idem etiam audiui a quibuſdaꝫ
peritis.

De irregularitate propter homicidium.

COntrahitur etiam irregu
laritas propter homicidiuꝫ
uel mutilationem membri.Pro
cuius declaratione.nota ꝙ cum

homicidium uel mutilatio mē-
bri fieri contingat mente solum
uerbo. et opere. Si solum mēte
fiat nunquam inducit irregulari
tatem. quia lex promotionis fa
ctum requirit. xv. q. i. c. ultīo.
īmo etiam siquis uibret gladium
animo occidendi et tamē non se-
quitur effectus mortis. uel mu-
tilationis. non incurrit irregula
ritatem. etiam si uulneraret. et
certum sit quod nō sit mors secuta
uel amissio mēbri. neque directe
neque indirecte. Quod propterea
dico quia si uulnus intulisset nō
de se mortale. et uulneratus. uel
propter impericiam medici. uel
propter defectum custodie. quia
scilicet nō cauet sibi a noxiis. mor-
tuus est uulneratus. est irregu
laris. secundum laud. extra. de homi.
Petrus. Quod dictum allegat
Petrus de ancha. Nam et si uul
neratū ad mortē nouo ictu acce-
lero mortem. uel alio modo ho
micida reputor. dicit idem. illi
autem qui intersunt uindicte san
guinis seu morti et non prestant
consilium uel auctoritatem non
sunt irregulares. secundum innocē. et
Uil. etiam si appeterent mortem
illius. Item qui uidet aliquem
occidi et delectatur. et possit etiā
sine sui periculo liberare. si uel-
let. quamuis pessime faciat. non tamen
est irregularis. Sicut nec etiam
medicus qui dimittit infirmum
mori nolens mederi. et diues qui
dimittit pauperem fame mori.

uigesimaquinta. q. i. siquis non
iratus. De irregularitate ex
mandato in homicidio.

Uerbo autem contrahitur ir-
regularitas tripliciter. scilicet
mandato defensione et consilio.
Mandato quidem quando quis man-
det aliquem occidi uel mutilari
sequitur effectus. di. l. Si quis
uiduam. Si tamen reuocasset māda
tum et expresse. et sine ulla fictio
ne prohibuit fieri antequam sequere
tur effectus non ē irregularis.
secundum innoc. extra de simo. sicut
tuis. Sed et si quis mādat aliquem
uerberari inhibēs expresse ne oc
cidat uel mutilet. et ille nihilo-
minus occidit uel mutilat est ir
regularis mandator. sicut et exe
cutor. quia mandando in culpa
fuit. extra eo. is qui. li°. vi°.
Item episcopus uel alius prelatus
qui habet iurisdictionem tempo-
ralem. debet constituere iudicem
secularem qui audiat causas pre
cipue sanguinis. et illi potest et
debet precipere quod faciat unicui
que iusticiam. Si autē talis iudex
interroget eum in speciali. quid
agendum in tali. qui scilicet mere
tur penam sanguinis. potest re-
spondere consule peritos. et caue
at ne propter suam responsionem
directam uel indirectam ille ītel
ligat quod debeat eum sanguine pu
nire. secundum Rai. si ex hac. s. respō
sione reus occideretur uel muti
laretur. esset irregularis. potest
etiā prelatus talis delegare alicui

etiaʒ specialiter super aliquo ma
leficio uł homicidio ⁊ huiusmõi
in iurisdictione sua cõmisso. ut ĩ
quisita ueritate iusticiaʒ exequa
tur. ⁊ si cui cõmittitur. sic exeq̈
tur. ⁊ occidat. non propterea ille
prelatus est irregularis. extra.
ne cle. uel mon. epũs. li°. vi°.
Item non solum iudex in causa
sanguinis. ubi sequitur effectus
est irregularis. q̃uis si recta in-
tentione ⁊ debito processu fciat
iuste agat ⁊ meritorie: d. li. Ali
quantos. Sed etiam accusator.
testis. notarius scribens sñiam.
uel proferens sñiam. uel scribẽs
attestationes. uel legens duʒ pu
blicant. uel scribens uel dictans
litteras pro uindicta sanguinis.
omnes hi irregulares sunt. quia
cooperantur in mandato sñie. se
cũdũ sRai. d. l. Si quis. ⁊ ex.
ne cle. uel mona. sñiam. Sed si
in huiusmodi sñia non ẽ secutus
effectus. ſm Uil. q̃uis sint irre
gulares epũs potest super h° dis
pensare. Princeps autẽ qui legeʒ
condit. cuius legis auctoritate
homines sunt traditi morti. nõ
efficitur propter hoc irregularis
ut dicunt quidam ⁊ bene. quia
incertam personam non animad
uertit. ita notat arch. xxii. q. v.
officia.

De irreglaritate ex defensiõe i homicidio.

Homicidium uerbo defensi-
onis cõmittitur tripliciter
uno modo. quia defendit cãm
sanguinis. id ẽ mutilationis uel
mortis. aduocando. ⁊ hoc siue
aduocet pro actore siue pro reo
cum actor obligetur ad penam
talionis. agendo pro reo agit cõ
tra actorem. Unde si sequitur
effectus est irregularis. ⁊ q̄tñcũ
qʒ iuste aduocet indispensabilis
nisi per papam. sed si nõ sequit̃
effectus per epm̃ ſm Uil. potest
dispensari. Secundo modo est
cum quis dissuadʒ his qui uale
bant defendere occisuʒ ne defen
dant. ⁊ hoc facit corrupta inten
tione ut ille moriatur. Nam si
pater uel mater uel alius consan
guineus uł amicꝰ retrahat filiũ
uel amicum suum uolenteʒ aliũ
a morte liberare. quia timet ne
ipse ibi adiuuando occidatur. ñ
est irregularis. Tertio modo
cum prelati uel alii clerici ad de
fensionem rerum suaruʒ ponũt
querelaʒ de malefactoribus suis
seu qui eos damnificauerunt pe
nes iudicem secularem. ⁊ emen-
daʒ petant sibi fieri ⁊ prouideri
ne talia presumantur contra eos
si ex huiusmodi querelis iudex
mortem inferat. exigẽte iusticia
non sunt irregulares dicti clerici
si ꝓtestati sunt expresse ꝙ penã
sanguinis non intendunt. extra
eo. ti. prelatus. li°. vi°. Item
licitum est prelatis ecclesiasticis
ob defensionem rerum ecclesie.
uel fidei inuocare contra uiolen
tos brachiuʒ seculare. ⁊ hortari
tales non quideʒ ut occidãt uul
nerẽt uł mutilẽt. quia hoc esset

directe ad hōicidiū ꝓuocare. sꝫ
ut ecclesiam prīam fidem defen
dant. liberent. ⁊ terraꝫ ab īfide
libus occupatam ad cristum re-
ducāt. ⁊ super hoc ecclesia facit
magnas remissiones. ⁊ licet hīc
inde aliqui occidantur non tamē
est prelato imputanduꝫ. īmo pec
caret. nisi contra tales se oppo-
neret. extra. de homi. postulasti
⁊. xxiii. q. iii. Maximianus. et
q̄one. viii. igitur. ⁊ ca°. ortatu.
⁊ ca°. scire. ⁊ce.

De irregularitate ex consi-lio in homicidiis.

Homicidium verbo consul-
tationis cōmittitur respon
sione persuasione ⁊ approbatiōe
Responsione quidem puta que-
renti. an liceat occidere paganuꝫ
uel iudici malefactoreꝫ. Respō
deat ꝙ licet perpendens probabi
liter ipse respondens ꝙ interro-
gans uelit facere sm consilium
eius irregularis est. d. l. Si qs
Secus aūt de responsione gene
rali cognitionis uel opinionis ⁊
ex qua non credit aliquem inde
iudicandum uel occidendū dicit
Archi. xxiii. q. viii. pessimam.
ꝙ si iudex laicus interroget cle-
ricum quid agendum de aliquo
qui de iure esset pena sanguinis
puniendus. posset clericus respō
dere hoc non pertinet ad me cō
sulatis peritos. ⁊ caueat sibi cle-
ricus ne propter suam responsi
onem directam uel indirectam
ītelligat iudex ꝙ debeat sangui
ne punire. sm Rai. dicunt tamē
quidam qui potest ꝙ puniat eū
sm quod ius dictauerit. dū mō
non exprimat ꝙ puniat eum ad
sanguinem uel morteꝫ. ut notat
hu. d. iii. ōnis. Sed ipse arch.
super dicto. c. omnis. dīc. istud
dictum scꝫ hug. potest intelligi
esse uerum. quando crimen non
īminet puniendum. Alioquin si
ex consilio suo scilꝫ respondendo
siue speciali siue generali sequit
propinquum homicidiuꝫ irregu
laris est. sm host. extra. de ho
micidio. sicut dignum. Appro
batione. ut cum audit aliquos
uelle facere homicidiuꝫ siue no-
mine suo siue alterius ⁊ ipse ap
probat. ut cum tractetur a pluri
bus de morte alicuiꝰ ī consilio
⁊ ipse cū aliis assentit. ⁊ ex hoc
sequitur homicidiū. secus si ꝓ
hiberet. Similiter si quis cōsu
lit alteri ꝙ occidat ⁊ ante factū
reuocat consilium. sed firmiter
credit ꝙ illa reuocatio non suffi
ciat ad impediendum homicidiū
si non indicat ei qui est occiden
dus ut sibi caueat est irregula-
ris. Si autē solam reuocationeꝫ
firmiter credit sufficere nō erit
irregularis. ex quo reuocauit
consilium. i. q. iiii. Quia presu
latus sm innoc. Persuasione
consilii si quis persuadet alicui
ꝙ exponat se periculo pro iure
suo uel pro patria si scit eū ueri
similiter moriturū ⁊ mors seq̄t

